UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm CLXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

SVMMARIVM.

1 Mater excluſa per ſtatutum a ſucceſſione filij pp aliquos, reſeruata ſibi certa parte vſusfructus, cẽſetur à legitima excluſa.

2 Legitima iure naturæ debita per ſtatutum minui poteſt.

3 Per legitimationem filius efficitur propriè legitimus, & naturalis, non tamen verè, & propriè frater legitimus, & naturalis, niſi per ſubſequens matrimonium legitimaretur.

4 Legitimati per reſcriptum principis non comprehenduntur ſub verbis ſtatuti loquentis de filijs, ſeu de fratribus, & ſororib. fallit num. 5. & declaratur plenius num. 44.

5 Princeps ex plenitudine ptãtis põt legitimare ẽt poſt mortem illius, de cuius ſucceſſione agitur, poſt aditam hæreditatem, & apprehenſam poſſeſſionẽ; quodq; legitimati verè, & propriè efficiantur legitimi, & in ſtatutis loquentibus de natis ex verò, & legitimo matrimonio comprehendatur, & in comitem hanc eandem poteſtatem legitimandi, ſi vult, transferre põt.

Et quomodo comes hac poteſtate vti debeat num. 51.

6 In dubio tamen hæc poteſtas in aliũ tranſlata non cenſetur, niſi princeps expreſsè hoc faciat, et nu. 10. et plenè videas n. 13.

7 Princeps ius, et dñium acquiſitum de iure ciuili, ſeu per modos iuris ciuilis facilius tollit, quàm acquiſitum de iure gentiũ, ſeu per modũ iuris ciuilis, & iuriſgentium ſimul, & nu. 9. & 17.

8 Dominij acquiſitio, quæ fit per aditionem hæreditatis, dicitur eſſe de iure ciuili, & non de iure gentium: dominium ipſum tamen ſic acquiſitum eſt de iure gentium num. 14. maximè ſi vltra aditionem poſſeſſio quoque ſit apprehenſa num. 17.

11 Actiones ipſo iure hæredi per aditionẽ hæreditatis acquirunt.

12 Actiones à principe abſque cauſa tolli poſſunt.

13 Legitimatio facta a principe, vel à comite habente plenitudinem poteſtatis legitimandi poſt mortem in præiudicium venientium ab inteſtato, poſt aditam hæreditatem, & apprehenſam bonorum hæreditatis poſſeſſionem, venientibus ab inteſtato, qnibus dominium, & ius hæreditatis erat iam quæſitum ẽt ex ſimplici aditione non præiudicat, quamuis quoad alia in ſe valeat: & multo magis ſi bonorum hæreditatis poſſeſſio apprehenſa eſſet, vide latè per totum, & num. 57.

14 Dominia quæcunque ſiue de iuregentium, ſiue de iure ciuili acquiſita dicuntur eſſe de iure gentium.

15 Dominij mentio ſimplex in lege intelligitur de directo, & de dominio iuriſgentium.

16 Princeps ea, quæ ſunt de iure gentium, abſque cauſa tollere nõ poteſt.

18 Et difficilius ea, quæ per modum & iuriſgentium, & iuris ciuilis ſimul eſſent acquiſita.

19 Principis diſpoſitio, vt aliquo certo caſu dominium vni acquiſitum de vno in alium transferatur, nec in foro animæ, nec in foro contentioſo ſeruanda eſt.

20 Princeps in ijs, quæ ſunt de iure naturali, vel gentium, non põt in præiudiciũ priuati diſponere, vbi certũ eſt cãm nõ ſubeſſe.

Et iuſta cauſa in eo in his non præſumitur, etiam ſi eſſen de iure poſitiuo, fundata tamen in ratione naturali num. 24.

21 Princeps dominium vniuerſale totius mundi, non tamen omnium rerum particularium, & priuatorum habet.

22 Principum liberalitates ſemper ſaluo iure alterius concedit intelliguntur.

23 Cauſa iuſta in inferiore diſponente in dubio non præſumitur: Secus in principe.

24 Niſi princeps contra ius naturale, vel gentium, vel poſitiuum fundatum in ratione naturali aliquid faceret.

25 Dominium, & ius alteri quæſitum tolli a principe non poteſt, niſi ex cauſa publicam vtilitatem concernente.

26 Legitimandi poteſtas comiti a priucipe conceſſa non intelligitur cum præiudicio legitimorum, qui ab inteſtato iam hæreditatem adiuiſſent, dominique effecti eſſent.

27 Statuendi poteſtate in pertinentibus ad bonum publicum alicui conceſſa, non intelligitur data poteſtas priuandi aliquem iure ſuo ex cauſa etiam boni publici.

28 Princeps ſi de reſeruatis ſibi aliquid inferiori concedat, intelligitur, vt cum cauſæ cognitione illud debeat exercere, non autem ex plenitudine poteſtatis ipſius concedentis.

29 Legitimatio facta ex ꝑordinatione patris dr̃ facta ex iuſta cã.

Et an in præiudicium venientium ab inteſtato, quibus iam eſſet acquiſitum ius ex aditione, & apprehenſione poſſeſſionis hæreditatis fieri poſſit, & nu. 75. & 80.

3 Princeps ex cauſa iuſta etiam publicam utilitatem corcernente præiudicando iuri alterius debet in ricompenſationem, & cambium aliquid aliud tradere.

31 Legitimatio ad hoc, vt proſit, & legitimis quoque ab inteſtato venientibus præiudicet, non debet eſſe ſubreptitia, ſed in ea eſt facienda mentio de filijs, de filia, & de alijs, qui ab inteſtato potuiſſent ſuccedere, & quibus ius eſſet acquiſitum, nihilque veri ſupprimendum, aut falſi exprimendum eſt.

Et maximè in legitimatione facta poſt mortem illius, de cuius ſucceſſione agitur.

Quod verum eſt etiam in legitimatione facta a principe ad inſtantiam eius, cui legitimatus debet ſuccedere num. 34.

Et multo magis in legitimatione facta ab inferiore nu. 37.

32 Princeps iuri iam quæſito præiudicare non poteſt, niſi de certa eius ſcientia appareat, & de illo iure mentio expreſſa facta fuerit.

33 Legitimandi ptãtem habens non debet aliter legitimare, quàm ipſe concedens illam poteſtatem legitimaret, & num. 51.

35 Legitimatio facta a principe ad impetrationem eius, cui legitimatus debet ſuccedere fieri poteſt agnatis, et alijs non citatis.

36 Legitimat facilius princeps non exiſtentibus agnatis, nec matre, quam illis extantibus.

38 Actionum hæreditariarum poſſeſſio apprehendi non põt, ſed quaſi poſſeſſio ipſo iure acquiritur per ſimplicem aditionem.

39 Dominium rerum hæreditariarum eſt ius quoddam, & incorporale, & ipſo iure per aditionem in hæredem transfertur.

40 In legitimationis impetratione an de filijs ſolũ, & de ijs, qui ſint de liberis, an verò etiam de alijs ab inteſtato venientibus ſit facienda mentio.

41 Legitimatio ſpurij quomodocunque, & a quocunque facta matri in ſua legitima iure naturæ debita abſque illius citatione, & conſenſu præiudicare non poteſt.

42 Legitimandi poteſtatem habens citatis, & non citatis ijs, quorũ intereſt, quando abſq; illorum citatione poſſit legitimare.

43 Beneficium principis plura ſpecialia non debet includere.

44 Statutum excludens matrem a ſucceſſione filij propter fratres non comprehendit fratrem legitimatum.

Et dicitur exorbitans, & odioſum, ſtrictè, & propriè interpretandum: quod declaratur etiam num. 54.

45 Legitimati de proprietate verborum non comprehenduntur appellatione legitimorum.

46 Nec ad emphyteoſim receptam pro ſe, & filijs legitimis, & naturalibus admittuntur.

47 Legitimati per ſubſequens matrimonium, aut per alios modos de iure cõi approbatos comprehenduntur in ſtatutis appellatione legitimorum, ſecus in legitimatis per reſcriptum principis, & quare: Videas etiam num. 54.

48 Statuta a iure cõi, & non a ſpeciali interpretationem recipiũt

49 Legitimati per reſcriptum non dicuntur legitimè nati, ſeu deſcendentes, nec legitimi ex verò matrimonio.

50 Et ſi fuiſſent ſpurij: inceſtuoſi, vel adulterini, de iure ſpecialiſſimo, & contra voluntatem principis dicuntur legitimati.

52 In legitimando exuberantior eſt poteſtas principis, quàm comitis habentis auctoritatem etiam ampliſſimam.

53 Princeps in præiudicium iuris iam in re quæſiti legitimare non poteſt, & multo minus comes.

54 Legitimatus a principe, vel habente auctoritatem pleniſſimam etiam ad materiam ſtatutorum, vt in illis comprehendatur, quando comprehendi dicatur.

55 Interpretatio ſemper facienda eſt, ne indebitè damnum alter inferatur.

56 Legitimatio a principe, etiam inuitis, & ignorantibus parentibus, indiſtinctè, & abſque cauſa quando, & quomodo ex plenitudine poteſtatis poſſit fieri.

57 Princeps, & habens poteſtatem legitimandi cum plenitudine

poteſta-

*poteſtatis non poteſt præiudicare ſine iuſta cauſa publica illis, quibus dominij eſſet acquiſitum non modo ex aditione hæreditatis, ſed etiam ex apprehenſione poſſeſſionis: Immò nec ſi ex ſola aditione foret acquiſitum num.61.*

58 *Principem poſſe de plenitudine poteſtatis alteri præiudicare, & ius iam quæſitum tollere quo intelligatur, & nu.66.*
*Et an, & quomedo inferior hoc poſſit.*

59 *Poteſtatis plenitudo quid ſit, & in principe qualiter ſumatur, & reguletur.*

60 *Princeps quomodo lege poſitiua obligetur.*

62 *Princeps concedendo ptātem generalem alicui legitimandi nō cenſetur in dubio conceſſiſſe poteſtatem præiudicādi iuri quæſito, & plenitudinem poteſtatis in eum tranſtuliſſe, niſi is, cui conceſſit, eſſet Dux, vel Comes alicuius prouinciæ.*

63 *Papa an, & quomodo epiſcopum ſuo epiſcopatu, & clericum ſuo beneficio priuare poſſit.*

64 *Epiſcopatus eſt de iure diuino.*

65 *Beneficium acceptans ex quaſi contractu videtur ſe ad illius adminiſtrationem obligare.*

67 *Legitimatio poſt mortem, & ius quæſitum facta nunquam retrotrahitur ad præiudicium iuris alteri quæſiti.*

68 *Ratificatio retrotrahitur, re adhuc integra, & abſque præiudicio alterius.*

69 *Teſtes producti ad probandum legitimationem alicuius eſſe ab aliquo factam quales eſſe, & quid probare debeant.*

70 *Legitimandi ius per reſcriptum eſt de reſeruatis principi, & eatenus ſolum dr̄ conceſſum, quatenus expreſſum reperitur.*

71 *Eſtque deteſtabile, & odioſum, omnique reſpectu reſtringendū.*

72 *Legitimandi poteſtas alicuius per inſtrumenta aliarum legitimationum non probatur.*

73 *Acta, & inſtrumenta coram vno ſuperiore facta non faciunt coram alio fidem ad alium effectum etiam inter eaſdem perſonas, & minas inter diuerſas.*

74 *Legitimatio facta cum clauſula abſque præiudicio venientium ab inteſtato quid operetur.*

76 *Legitimationi filij ex præordinatione patris faciendæ pōt a patre certum tempus conſtitui, poſt quod cenſetur prohibita legitimatio.*

77 *Permiſſum ad tempus dicitur poſt illud tempus prohibitum.*

78 *Subſtitutio ad certum tempus limitata poſt illud tempus ceſſat*

79 *Actus agentium vltra eorum intentionem non operantur.*

81 *Legitimatio ex præordinatione patris poteſt quidem fieri non citatis uenientibus ab inteſtato, ſed non abſque expreſſa illorum mentionem, maximè ſi illis ius ex aditione, & apprehenſione poſſeſſionis hæreditatis eſſet acquiſitum, alioquin legitimatio non valeret.*

72 *Legitimatio facta, lite pendente, abſque litis mentione ad illius præiudicium non valet.*

## EPITOME.

LEgitimationem a Comite habente poteſtatē in latiſſima forma legitimandi factā de filio naturali, ſeu ſpurio, poſt mortē illius, de cuius ſucceſſione agitur, non ualuiſſe in præiudicium uenientium ab inteſtato, quib. iam erat acquiſitum ius ex aditione hęreditatis: & multo magis ex apprehenſione poſſeſſionis bonorum hæreditatis, hic plenè demonſtratur, ēt non obſtante præordinatione patris, ꝙ ille filius legitimaretur: Et mater hoc in caſu in ſucceſſione filii ab inteſtato defuncti præfertur fratri ſic legitimato, non obſtante ſtatuto loci, per quod mater cum frater ſolum ad partem uſuſfructus admittatur: à proprietate uerò excludatur.

## CASVS CONSILII.

DOMINA Helena filia olim domini Octauiani de Elefantuccijs nata ex pudica muliere D. Iunipera vxore legitima dicti domini Octauiani ab inteſtato deceſſit, nullis ſuperſtitibus liberis: ſuperſtite tamē dicta domina Iunipera eius matre, necnon quodam Hannibale prætenſo filio naturali, ſeu ſpurio dicti D. Octauiani, vt dr̄ poſt mortem D. Helenæ legitimato in forma latiſſima: quæritur, quis iſtorum præferatur in ſucceſſione d. D. Helenæ, an domina Iunipera mater, an uero Hannibal frater legitimatus.

## CONSILIVM CLXXVII.

CONSIDERANTI mihi, uter huic defunctæ ab inteſtato, de cuius ſucceſſione
in præſentia agitur, eſſet ſucceſſurus, mater ne eius D. Iunipera, an uerò Hannibal frater legitimatus, prima facie occurit de iure concludendum eſſe, ꝙ quoad proprietatem oīum bonorum,
& quoad uſumfructum dimidiæ partis illorum,
Hannibal ſuccedere debeat; quo uerò ad aliam dimidiam uſuſfructus ſuccedere poſſit D. Iunipera,
& hoc ex ſtatuto poſito ſub rub. de ſucceſſ. ab inteſtato aſcendentium, & collateralium in §. ipſi quidem fratres, vbi mater ad ſucceſionem filij, ſeu filię
ab inteſtato decedētis admittitur quoad uſumfructum tm̄ uirilis partis, qn̄ cum fratrib. defunctæ perſonæ concurrerit: ſed D. Iunipera concurrit cum
dicto Hannibale fratre, ergo ſolum debet admitti
ad uirilem partem uſuſfructus bonorum hæreditariorum:
1 & in tm̄ habet locum diſpō dicti ſtatuti, † ꝙ
ēt mater pp fratres, & alias perſonas in eo denominatas dr̄ excluſa penitus ab omni legitima ſibi debita iure naturæ, & ſolum cēſetur uocata ad uſumfructum, vt ibi dr̄; vt uolunt Pet. de Anch. in conſi. 429. & in conſ. 422. Alex. in conſi. 1. & in conſi. 68. in
2 4. uol. & in conſi. 3. & conſi. 168. in 7. uol. quia † per
ſtatutum minui pōt legitima debita iure naturæ,
cum quo ad quottam de iure poſitiuo eſſe dicatur
auth. nouiſſima, & ibi doct. C. de inoffic. teſt. Pau. de
Caſt. in l. Titio centum §. Titio genero ff. de cond.
& demon. latè traditur per D. meum Soc. in conſi.
150. in 1. uol. & per Ang. in conſ. 99. incip. hic uidenda ſunt duo &c. & latius ſoleo dicere in c. Rav. extra
de teſta. not. in l. ſancimus C. de nup. & Pau. de Caſt.
in conſi. 193. in 1. lib. inci. uerba appoſita. ¶ Nec his
aduerſatur, ꝙ ſtatutum prædictum loquatur de fratre legitimo, & naturali; licet enim forte uerum ſit,
3 † ꝙ per legitimationem filius efficiatur, & dicatur
propriè legitimus, & naturalis, vt hr̄ per Bar. & alios
cōiter in l. ſi is qui pro emptore ff. de uſucap. & per
ſcrib. magis cōiter in l. Gallus §. & quid ſi tm̄ ff. de
libe. & poſth. & in c. per uenerabilem, qui filij ſint legit. & latè per Alex. in conſi. 2. in 1. uol. ubi plenè examinat, & vr̄ tex. in l. 2. C. de iure aureorum annullo.
& dicit Bal. in l. cum acutiſſimi C. de fideicom. ꝙ in
legitimatis eſt verus ſtatus legitimorum, licet in eis
non ſit uerum principium: facit quod uoluit Ioan.
And. in addi. ad Spe. in ti. de ſucceſſ. ab inteſtato circa fin. facit ēt tex. in §. ſi quis in auth. quib. mod nat.
effi. legi. cum ſim. tn̄ uerum nō vr̄, nec iure cautum
reperitur, ꝙ per legitimationem quis uerè, & propriè efficiat frater legitimus, & naturalis, niſi legitimatus fuerit per ſubſequens matrimonium, uel ꝑ
alios modos legales, & iuris cōis, de quibus in c. per
tuas, & in c. tanta, qui filij ſint legi. Nam ſm̄ D. Antonium in c. per uenerabilem, eod. tit.
4 † legitimati per
reſcriptum principis non comprehenduntur ſub
uerbis ſttuti loquentis de filiis, ſeu de fratrib. & ſororibus, vt in terminis uoluit Pau. de Caſt. in cōſi. ſuo
ſm̄ numerum meum. 181. in 1. lib. in ult. col. inci. ſuper eo, ꝙ primo loco &c. Qm̄ reſponderi pōt in ter
5 minis noſtris, ſecus dicendum eſſe, ex quo † ꝑ principem ex plenitudine ſuæ ptātis data fuit ptās legitimandi ipſi comiti ēt poſt mortem illius, de cuius
ſucceſſio-

ſucceſſione agitur,& poſt aditam hęreditatē,appre
henſamq; poſſeſſionem,& ſic poſt ius quæſitū,pro-
ut pōt princeps ipſe legitimare,& iō eandē ptātem
in alios ſpāliter,& expreſsè transferre pōt,ſi vult, vt
latè concludit Paul.de Caſtr.in conſ.196.in 2.lib.in-
cipiē.ſuper primo dubio,& in conſ. 181. p̄allegato;
hr̄ per Bal.in l.2.in 6.col.C.de ſeruit.& aqu.& in c. 1.
hic finit lex in prin.in vſib. feud. quodq; legitimati
ab ipſo comite verè,& propriè efficiant legitimi,&
cōprehendant in ſtatutis facientib.mentionē de na
tis,& procreatis,ex legitimo, & verò matrimonio:
ergo infert,ꝙ in caſu nr̄o d. Hannibal legitimatus,
vt ſup.in ampliſſima forma vigore ſtatuti excluden
tis matrē,ut ſupra pp fratrē à ſucceſſione filij,ſeu fi-
liæ dicet cōprehenſi,ſub diſpōne dicti ſtatuti:Nam
princeps ex plenitudine ſuæ ptātis pōt ius iam quæ-
ſitum alteri tollere,& illi p̄iudicare,& ſic poſt mor-
tem eius,de cuius ſucceſſione agit,ēt poſt aditā hæ
reditatē,naturalem,ſeu ſpuriū legitimare ad p̄iudi-
cium illorū,quib.iam erat ius quęſitum,ut pulcher
rimè ponit Alexan.in l.Gallus §.& quid ſi tm̄ in vlt.
col.ff.de lib.& poſth.per not.in l.2. per illum text.ff.
de natal.reſtit. ibi non facile &c. & faciunt not. per
Bal.in d.c.1.hic finitur lex.in prin.in vſib.feud.in pe.
col.qui inquit,ꝙ ſi quis fuerit legitimatus poſt adi-
tam hæreditatem,per hmōi legitimationem dr̄ au-
ferri ius acquiſitū illi,qui adiuerat hæreditatē: q̄uis
enim hæreditas ſit adita ab agnatis tm̄, iſta tn̄ acqui
ſitio procedit per immediatam cām deficientem
hmōi legitimati, tunc per legitimationem effecti
ſui hæredis,& ideò,ipſo legitimato reſtitutio ad ſui
tatem,reſtituitur ēt acquiſitio ſibi quaſi natiuitate
poſthumi,& hoc procedit in legitimatione, & re-
ſtitutione, q̄ facit princeps reſtituendo legitimatū
6 natalibus:† ſed aliter eſt in legitimationibus, & re-
ſtitutionibus,quas faciunt iſti comites, quibus nō
vr̄ princeps dediſſe ptātem ut poſſint auferre ius q̄-
ſitum alteri l.quoties C.de precibus impera.offerē.
l.nec auus C.de emancipat.liber. tum quia incipe-
ret valdè iniquum principis priuilegiū fieri, argō l.
ex facto ff.de vulg.& pup.tum quia princeps maio-
rem habet ptātem in legitimando,eiusq; legitima-
tio eſt exuberantior,q̄ legitimatio comitis, qui nō
pōt habere parem ptātem legitimandi argō c. hi q
auctoritate de præben.in 6.ex quib.infertur,ꝙ prin-
ceps dr̄ habere ptātem ex ſuæ plenitudine ptātis le
gitimandi poſt aditam hæreditatem,& poſt ius quę
ſitum, quod princeps auferre pōt reſtituēdo quem
natalibus: item quod in dubio hmōi ptātem tam
exuberantem non cenſetur in inferiores comites
transferre, ſi vult tn̄ ex plenitudine poteſtatis, pōt,
ut qn̄ expreſsè, & ſpecialiter hoc faceret princeps,
vt in terminis uoluit Paul.de Caſtr. in d.conſil. 181.
& in d.conſi.196.& Bal.in d.l.2.C.de ſeruitut.& aqu.
in 6.colu. ſed in caſu noſtro princeps voluit, & hoc
expreſsè fecit ex ſua plenitudine poteſtatis,vt in pri
uilegio conceſſo comiti apparet; ergo comes ipſe
potuit legitimare d.Hannibalem ēt poſt aditam hę
reditatem à matre,& in præiudicium iuris ſibi quæ
ſiti ex ipſa hæreditatis aditione. ¶ Suadentur præ-
7 miſſa hoc pacto;nam† quamuis difficilius princeps
poſſit tollere ius quæſitum per ius gentium, ſeu per
modum iuris ciuilis, & iuris gentium ſimul, vt qn̄
quis adiuiſſet hæreditatem, & poſſeſſionem bono-
rum apprehendiſſet,quo caſu dominium tūc dr̄ ac
quiri de iure gentium, vt eſt text.cum glo.in l.1.in
princ.ff.de acq.poſſ.Alex.in l.cum hæredes in 2.col.
eo.tit.& hr̄ per legiſtas in l.fin. C. ſi ꝯ ius, uel vtilitat.
public.& per canon. in cap. quæ in eccleſiarum de
conſtitutio. tn̄ qn̄ dominium dr̄ acquiſitum de iu-
re ciuili,ſeu per modos iuris ciuilis ſimpliciter, ut
per ſimplicem aditionem hæreditatis iuxta no.per
gl.in d.l.1.in princ.& in d.l.cum hæredes in princip.
tunc princeps poteſt tollere illud dominium,& ius
acquiſitum:& ideò ipſe princeps, ſeu comes habēs
poteſtatem legitimandi, poteſt legitimare in præiu
dicium venientium ab inteſtato,quibus erat hmōi
ius ex aditione hæreditatis acquiſitum, ut uoluit
Paul.de Caſtro in l.3.ff.de teſta. & in d.l. cum hære-
8 des in princ.ubi inquit,† ꝙ acquiſitio dominij,quę
fit per aditionem hæreditatis,dr̄ eſſe de iure ciuili,
& non de iure gentium.l.lege obuenire.ff. de uerb.
ſignifi.not.glo.in l.1.ff.de acquir.rer.dom.glo.& do-
cto.in l.ex hoc iure.ff.de iuſtitia & iure, Bart.in l. in
rem in princ. ff. de rei uendic. & in l.interdum.ff.de
conditio.indeb.& ex hoc inferri poteſt ſm Paulum
9 de Caſtro ad unum,in quo ipſe conſuluit;† nam q̄-
uis dominium, quod fuit acquiſitum de iure gen-
tium,non poſſit per principem auferri ſine cā con-
cernente publicam vtilitatem.l.item ſi verberatum
§.fin.ff.de rei uendic.l.Lucius.ff.de euictio.& eſt gl.
& ibi doct.in d.l.fin.C.ſi contra ius,uel vtilita. publ.
& glo.in l.quoties,& in l.reſcripta, & ibi Bald.C.de
precib.imperat.offeren.& in l.1. ff. de conſtitut.tra-
dit Inno.plenè in c.quæ in eccleſiarum, & ibi doct.
cōiter de conſti.tn̄ ea quæ ſunt de iure ciuili acqui-
ſita,ut ſunt actiones,& ſimilia, princeps poteſt tolle
re ēt ſine cā, dummodo vſus fuerit clauſula illa nō
obſtante tali lege,ut hr̄ in locis præallegatis:unde ſi
princeps per reſcriptum ſuum legitimat filium nō
legitimè natum, ſi ipſum legitimet poſt mortē pa-
tris,& illius,de cuius ſucceſſione agitur, & dixerit,
ſeu uoluerit, ꝙ legitimatus poſſit ſuccedere ab in-
teſtato etiam poſtquam alij acquiſita fuit hæredi-
tas ex aditione hæreditatis, certè poterit princeps
per ſuum reſcriptum etiam ſine ulla cauſa hæredi
tatem acquiſitam alij auferre,& dare legitimato,ex
quo hæreditas acquiſita fuit per aditionem hære-
ditatis, quæ acquiſitio eſt inducta à iure ciuili per
prædicta.¶ Et ſi diceretur,ꝙ licet princeps hoc poſ-
ſit,non tn̄ hoc poſſet comes,cui à principe data fuit
poteſtas legitimandi,quia princeps,qui ex plenitu-
dine poteſtatis poteſt auferre ius alteri acquiſitum
ſaltem ex cauſa iuſta,non cenſetur illam ptātem in
alium transferre,ut inferior poſſit uti hmōi plenitu
dine poteſtatis,ut colligitur ex ijs,quæ uoluit Bald.
in d.c.1.hic finitur lex, & latè hr̄ per Felin. in d.cap.
quæ in eccleſiarum in 13. col. in quarta declaratio-
10 ne;Ad hoc reſponderi poteſt, † ꝙ prædicta proce-
dunt in dubio, ſed qn̄ expreſsè cōſtaret, principem
voluiſſe in comitem hanc poteſtatem,& plenitudi
nem poteſtatis transferre,tunc comes eandem po-
teſtatem cenſeretur habere,& poſſet uti eadē pleni
tudine poteſtatis in auferendo etiam ius alteri ac-
quiſitum cum cauſa, ubi cauſa eſſet neceſſaria, uel
ſine cauſa,ubi iuſta cauſa non eſſet neceſſaria, ut in
caſu, de quo ſupra,& colligitur expreſsè,& no.per
Bal.in l.2.C.de ſeruit.& aqu.in 6. col.in uerſic. Item
notat.&c.& per Paul.de Caſtr. in d.conſil. 196.& in
d.conſ.181.ſed in terminis noſtris expreſsè conſtat,
ꝙ princeps uoluit in comitem transferre, prout in
ipſum tranſtulit,hanc poteſtatem, ut ex uerbis pri-
uilegij apparet, ergo &c. ¶ Præterea ſi princeps,
qui habet hanc poteſtatem ex ſua plenitudine po-
teſtatis auferendi ius iam alteri acquiſitum etiam
de iure gentium ex iuſta cauſa, & ius acquiſitum
de iure ciuili,ut ſunt actiones ſine cauſa cum clau-
ſula non obſtante,ius uerò ad rem, ut ius adeundi
ſimpliciter ad libitum ſuum,ad tradita per Pau. de
Caſt.in d.l.cum hæredes,& hr̄ per glo.& doct.in d.l.

fina.C.ſi contra ius,vel utilit.pub.pōt hanc poteſta-
tem transferre in alium inferiorem,q̃n hoc expreſ-
sè conſtat,vt ſupra,ſequitur,quod in terminis nr̃is
comes ſimili poteſtate uti potuit,cum in ipſum ex
preſsè fuerit trāſlata hmōi plena poteſtas,& in hoc
nullus vr̃ ↄriari vt eſt ēt de mente Bald.in d.c.1.hic
finiẽ lex,& in d.l.2.C.de ſerui.& aqua,&Pau.de Caſ.
in locis præallegatis.¶ Vltimo q̄uis in terminis nr̃is
domina Iunipera mater d.D.Helenæ adiuerit hære
ditatem,& apprehenderit poſſeſſionem bonorum
mobilium hæreditariorum,& ſic illorum ipſa ac-
quiſiuerit dominium de iure gētium iuxta,quę hr̃
& not.in l.1.in princip.ff.de acquirend.poſſeſſ.& in
l.1.ff.de acquirēd.rer.dom.tñ reſpectu pecuniarum
dotalium,& ſic reſpectu dotium, quas teneẽ reſti-
tuere dominus Iacob. olim maritus d.D.Helenæ,
ipſa domina Iunipera nō diciẽ acquiſiuiſſe domi-
nium aliquod de iure gentium,nec de iure ciuili,
ſed ſolum ius agendi, ſeu actionem ad dotem:
11 † ꝙ ius agendi ipſo iure acquiriẽ hæredi per adi-
tionem hæreditatis iuxta textum in d.l.cū hæredes
in prin.& arg.l.1.§.de illo cū §.ſequen.ff.ad Trebel.
& in l.1.& in l.pro hæreditariis C.de hæredit.actio.
Ex quo inferẽ,ꝙ Princeps,ſeu Comes,cui data eſt
ptās legitimādi cū præiudicio iuris quæſiti,ſimpli-
citer,& abſq; alia cā poterit legitimare,& præiudi-
12 care quoad hoc ius agendi:quia † abſque cā actio-
nes quæ dñr eſſe de iure ciuili,poſſunt tolli à Prin-
cipe,vt hr̃ in dict.l.fin. C.ſi ↄ ius, uel utilit.publ.& in
d.c.quæ in eccleſiarum de conſtitu. cū ſimil.ſupra
allegatis,& tradiẽ p Paul.de Caſt.in d.l.cū hęredes
in princ.& in d.l.3.ff.de teſtam.& in conſi.181.præal
legato.ex quib,pluribusq; aliis vr̃ concludendum
ꝙ vigore legitimationis factæ à Comite de Hanni
balę ipſe Hannibal potuerit ſuccedere d.D.Helenæ
eius ſorori,excluſa D.Iunipera matre, non obſtan-
te,quod ipſa adiuerit hæreditatem filiæ, & poſſeſ-
ſionem quorundam bonorum mobilium apprehē
derit ante legitimationem factam. ¶ His tñ omni-
bus non obſtantibus,prout re uera non obſtant, ↄ-
riam ſnīam de iure arbitror ueriorem eſſe, ad quā
probandam præſuppono ẽm ea, quæ mihi propo-
nuntur, ꝙ ante legitimationem factā a Comite de
d.Hannibale ipſa D. Helena, de cuius hæreditate
agitur, iam erat mortua ab inteſtato, item quod il-
lius hæreditatem D.Iunipera eius mater tanquam
proximior,& cui delata erat hæreditas filiæ, adiue-
rat,faciendo actus, qui fieri non poſſunt citra no-
men,& ius hæredis,iux.tex.cum ibi not. in l. gerit,
& in l.pro hæred.ff.de acq.hær.Item, ꝙ ante dictam
legitimationem ipſa D. Iunipera apprehendit poſ-
ſeſſionem oīum bonorum mobilium hæreditatis,
in qua ſolum extabant,& reperiebantur bona mo-
bilia,& iura,& actiones:& ultimo præſuppono, ꝙ
in legitimatione facta de Hānibale nulla facta fuit
mentio de hæreditate,& ſucceſſione d.D.Helenæ
ſororis dicti Hannibalis, nec de D. Iunipera matre
illius,ꝙ ipſa ſupereſſet,eique fuiſſet delata hæredi-
tas,quodque illam iam adiuerit, & bonorū oīum
hæreditariorum,quorum poterat apprehendi, &
acquiri poſſeſſio,ipſa D.Iunipera adepta fuerit poſ-
ſeſſionem,vt conſtat ex tenore legitimationis. Qui
bus præſuppoſitis,concludo legitimationem factā
de dicto Hannibale a Comite in forma ēt latiſſima
nihil præiudicare d.D.Iuniperæ,nec iuri ſibi quæſi-
to in bonis,& hæreditate d.D.Helenę,quin ipſa poſ
ſit in totum ſuccedere filiæ ſuæ,excluſo penitus, &
13 in totum d.Hannibale:† qm̄ quamuis articulus iſte
ſit ualide diſputabilis,uidelicet,an Princeps,ſeu Co
mes habens poteſtatem a principe poſſit poſt mor-
tem illius, de cuius ſucceſſione agitur, legitimare
ſpurium, ſeu naturalem in præiudicium uenien-
tium ab inteſtato, quibus ius iam erat ex aditione
hæreditatis acquiſitum,& ēt poſt apprehenſam poſ
ſeſſionem bonorum hæreditariorum,tñ doct. ma-
gis cōiter,& meliores, & excellentiores, quorum
auctoritas ſequenda eſt in conſulendo, & iudican-
do ad not.per Io.And.& alios oēs in c. 1. & in c. ne
innitaris extra de conſt.cum ſim. tenent, ꝙ legiti-
matio facta in ſe ualeat, & proſit quo ad alia, ſed
non quo ad effectum,ut legitimatus poſſit ſuccede
re in bonis,& hæreditate illius, cuius hæreditas iā
fuiſſet adita per uenientes ab inteſtato,& tanto ma
gis,ſi ēt apprehenſa poſſeſſio bonorum hæredita-
riorum,nam per hmōi legitimationem fieri nō po-
tuit preiudicium uenientibus ab inteſtato, quibus
erat quæſitum ius,& dominium bonorū hæredita
tis ēt ex ſimplici aditione hæreditatis, vt uolūt Bar.
Alex.Pau.de Caſt.Are.Ioan. de Imo. & cæteri cōi-
ter in l.Gallus §.& quid ſi tm̄ ff.de libe. & poſthum.
Alex.in l.cum hęredes in prin.in 2.&3.col.ubi iſtud
examinat ff.de acq.poſſ.& affirmat hanc eſſe cōem
opinionem:hr̃ per Arc.in l.ex facto in ult. col. ff.de
uulg.& pup.ita uoluit Bal.in l.reſcripta C. de preci-
bus imper.offer.D.Anto.& alij maximè Mod. in c.
per uenerabilem qui fil.ſint ligi.Bald.in l.1.in ultim.
col.C.de iure aureo.anul. & in d. c.1.hic finitur lex
in pen.col.in l.2.ad fi.C.de iur.& fact.ignor. in l.nam
ita diuus in 2.col.ff.de adop.& in l. Deo nobis in ul
tim.col.circa fi.C.de epiſc.& cler. Idem eſt expreſ-
sè de mente Pau.de Caſt.in conſi.181.in 1.lib.incip.
ſuper eo,quod primo loco &c.& in conſi.459. uiſis,
& diligenter &c.in 4.col.in 1.lib.idem voluit Ioan.
And.in addi.ad Spec.in titu.de ſucceſſ.ab inteſta.in
ult.addi.in quibus locis præfati doct.uolunt, ꝙ poſt
quam aquiſitum fuit dominium uenientib.ab inte
ſtato per ſimplicem ēt diſpōnem hæreditatis,iuxta
tex.in d.l.cum hæredes in prin.Princeps,ſeu Comes
non pōt legitimare ſpurium,ſeu naturalem ad prę
iudicium uenietium ab inteſtato, quibus iam erat
14 ius,ſeu dominium iſtud acquiſitum : quia † etſi ue-
rum eſt,ꝙ dominium in caſu iſto dicatur acquiſi-
tum de iure ciuili,ſeu per modum iuris ciuilis, vi-
delicet per aditionem hæreditatis,vt eſt gl. in l.1.ff.
de acq.rer.dom.l.lege obuenire cum ſim. ff. de uer.
ſign.tñ illud dominium ſic acquiſitum dr̃ eſſe de iu
re gentium,vt tenet Bart.in l.ex hoc iure in 2. col.ff.
de iuſt.& iur.& probatur ex illo tex.& in c.ius natu-
rale 1.diſt.ubi dominia,&eorum diſtinctiones ſunt
a iure naturali,ſeu gentium ſimpliciter, iuncta l.j.ff.
de acq.rer.dom.ubi dr̃,ꝙ dominia,& ↄñr, quæ ſunt
de iure gentium,ſeu naturali, acquiruntur aut per
modos iuriſgentium, aut per modos iuris ciuilis,
puta per aditionem hæreditatis : ergo dominium,
ꝙ acquiritur ſiue de iure gentium,ſiue de iure ciui
15 li,dr̃ eſſe de iure gentium:ꝙ ſuadetur,quia † ubicū
que lex facit mentionem de dominio ſimpliciter,
intelligitur de directo, & de dominio iuris gentiū
l.1.cum ibi not.in fi.ff.ſi ager. uectig. uel emphit. d.l.
ex hoc iure,& d.c.ius naturale cum ſimil.ſed lex di
cit ex aditione hæreditatis ipſo iure acquiri domi-
nium hęredi d.l.cum hæredes in prin.ergo illud do
minium dr̃ eſſe de iure gentium, & ideò infertur
ꝙ Princeps,ſeu inferior alius non poteſt abſque cā
16 illud dominium auferre,† quia ea,quæ ſunt de iure
gentium,abſque cauſa Princeps tollere non poteſt
vt not.in d.l.fi.C.ſi contr.ius,uel utilit. publ. Innoc.
& alij maximè Mod.in d.c.quæ in eccleſiarum; ha-
betur pulcherrimè per Bal.in d.l.2.in 6.col.C. de ſer
uitu.& aqua,& hæc fuit ratio, & cōſideratio Alex.
in d.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

17 in d.l.cum hæredes in 3.col.& † qñ vltra aditionem
hæreditatis fuiſſet apprehenſa poſſeſſio bonorum,
tunc dominium diceretur acquiſitum nedum per
modum iuris ciuilis, ſed ēt per modum iuris gen-
tium, videlicet mediante poſſeſſione, quæeſt de iu-
re gentium, vt eſt tex.cum gl.in l 1.in prin. ff.de acq.
poſſeſſ. & tradit Alex. in d. l. cum hæredes. Quare
dominium ſic acquiſitum diceretur eſſe de iure gẽ
tium acquiſitum per modum etiam iuris gentiũ:
18 & ideò difficilius illud ēt poſſet princeps, ſeu alius
inferior tollere, & illi præiudicare, quia duo uincu
la ſunt fortiora, auth.itaque.C. cõmunia de ſucceſ-
ſio. & in c.1.de tregua & pace, & in hoc oẽs conue-
niunt, vt inquit Alex.ibi, & in d.§.& quid ſi tantum
& Soc.in conſi.120.in 3.lib.in 5.col. & in 7. Propte-
19 rea † ſi Imperator, uel alius princeps ſine cā ſtatue-
ret, uel aliter diſponeret, ꝙ aliquo certo caſu domi
nium uni acquiſitum de illo in alium transferretur,
nec in foro animæ, nec in foro contentioſo talis di
ſpoſitio eſſet ſeruanda, vt uoluit ſolemnis doctor
Archi.& ſequitur Dom in c.ius ciuile j.diſt. & fuit
dictum originale Inno.de quo non faciunt præfati
mentionem in c.quia plerique ante finẽ de immu-
nit.eccl.de quo facit feſtum Card.in conſi.147. dñs
noſter papa in fin.& ſequitur Dom.in ca. 1. in 3.col.
de ſumma trinitate, & fide catholica in 6. dicitque
Abb.in c.quę in eccleſiarum col.3. de conſt. quem
ſequuntur Mod.ibi in 10.col. hanc eſſe communẽ
20 opinionem legiſtarum, & canoniſtarum, † ꝙ ubi
certum eſt cām non ſubeſſe, princeps non pōt di-
ſponere in damnum, & præiudicium priuati in ijs,
quæ ſunt de iure naturali, ſeu gentium per text. in
cle.paſtoralis de re iudic. non enim poteſt tollere,
21 ſeu auferre rem alteri ſine cā; quia † licet habeat iu
riſdictionem in uniuerſo, ſeu dominium uniuerſa-
le totius mundi.l.deprecatio.ff.ad l. rhod. de iact.l.
bene a Zenone cum ibi not. C. de quadr.præſcrip.
non tñ dr̄ habere dominium oĩum rerum particu-
larium, & priuatorum ad ea, quæ habentur per Ar-
chidiac.in c.quamuis 23.q.8.per Speculato.in tit.de
feriis in §.qm̄ uerſi.23.quæritur & c.per Odof.in d.l.
bene a Zenone, & dicit Bal.in l.beneficium.ff. de cõ
22 ſtit.princip. † ꝙ liberalitates principum ſemper in-
telliguntur concedi ſaluo iure alterius. l. nec auus.
C.de emancip.libe.non enim debet princeps dete-
gere, vt uulgo dr̄, unum altare, vt aliud cooperiat,
vt in l.aſſiduis.C.qui potio.in pign.hab.l. 2.§.ſi quis
a principe ne quid in loc.pub.ſed in caſu noſtro nul
la ſubeſt cā, propter quam dominus comes legiti-
mans potuerit priuare ipſam matrem dominio, &
23 iure ſibi ex aditione acquiſito, ergo &c. & † in du-
bio non eſt pręſumenda cauſa iuſta in inferiore a
principe in caſu noſtro, quia & ſi in principe in du-
bio cā iuſta pręſumatur, c.propoſuit de conceſſio.
preb.tñ in inferiore a principe iuſta cā non præſu-
mitur unquam, niſi exprimatur, vt not.uoluit Bald.
in l.ſi teſtamentum.C.de teſt.per Pet.de Anchar. in
conſi.308.incip.niſi legibus, & canonibus &c. Pręc-
24 terea ēt in ipſo ſummo principe, † qñ ſumus in ijs,
quę ſunt de iure naturali, uel gentium, uel in ijs, quę
ſunt de iure poſitiuo, fundata tamen in rõne natu-
rali, & ſic quando aliquid fit a principe ꝯ ius natura
le, uel gentium uel ꝯ ius poſitiuum fundatum in rõ
ne naturali, nunquam in dubio pręſumitur iuſta cā,
niſi illa fuerit expreſſa, vt uoluit Abb.in d. c.quę in
eccleſiarum, & ibi Mod.in 10.col.Pet.de Ancha.in
d.conſi.408.Abb.in repetit. ca.per tuas de arbitr.in
11.col.Fel.clarè, & in terminis in ca. ad audientiam
il 2.in 4.col.de reſcrip.ſed nõ ſumus in ijs, quę ſunt
de iure gentium, ſeu ſaltem in fundatis in ijs, quę
ſunt de iure gentium, & in ratione naturali, vt colli-
gitur ex pręedictis; ac etiam quia agitur de priuan-
do matrem a luctuoſa hæreditate filiæ iux.tex.cum
ibi not.in l.fi.C.de inſt.& ſubſt.ſub cond.fact.& not.
in l.nam & ſi parentibus.ff.de inoff.teſt. item de pri
uando ipſam iure iam quæſito ꝯ ius gentium, vt ſu-
pra, & de excludendo ipſam matrem a legitima ēt
ſibi debita iure naturæ, quæ eſt fundata in rõne na-
turali.l.cum rõ.ff.de bon.damnato.doct.in auth.no
uiſſima.C.de inoff.teſta.cum ſimil.ergo in dubio ēt
in ipſo principe non pōt, nec debet præſumi iuſta
cā, niſi quatenus fuerit expreſſa: quo fit, vt per legiti
mationem poſtea factam nullo mõ potuerit matri
præiudicari, quia ea, quæ debentur, & acquiruntur
de iure naturæ, ſeu gentium, ſeu ex ratione natura-
li, tolli non poſſunt, vt hr̄ in d.l.fi.C.ſi contra ius, vel
utilit.pub.& in d.c.quæ in eccleſiarum. ¶ Præterea
& ſi poſſet dici, ꝙ aliqua iuſta cā poſſet præſumi, nõ
tñ talis, per quam princeps, ſeu inferior alius uale-
ret præiudicare iuri iam quæſito, & dominio ade-
25 pto ex aditione hæreditatis, † qm̄ ad hoc, vt prin-
ceps poſſit cum cā præiudicare iuri iam quæſito, re
quiritur, ꝙ fuerit cā publica, & quę concerneret vti
litatem publicam principaliter, nec quælibet iuſta
cā ſufficeret, nam in caſu iſto non pōt dici iuſta cā,
niſi illa, quæ principaliter concerneret utilitatem
publicam, vt uoluit Pau.de Caſt. in l. digna uox. C.
de legib.Abb.in c.2.in 1.col.de conſt. & ita propriè
loquitur tex.in d.l.item uerberatum.ff. de rei uend.
& in d.l.Lucius cum ibi not.ff.de euict.ita etiam lo
quuntur doct.in d.l.fi.C.ſi contra ius, uel utilit.publ.
in d.l.quoties, & in d.l.reſcripta.C.de precib. imper.
offer.in d.c.quę in eccleſiarum, in d.c.quia plerique
de immunit.eccle. & hr̄ per Alex.in d.l.cum hære-
des in prin.ſed in terminis noſtris nulla ad fuit, nec
ēt ſubeſt cā publica, & quæ principaliter contineret
utilitatem publicam, vt de ſe patet, nec probatum
fuit, ergo per legitimationem huiuſmodi non po-
tuit matri præiudicari, cui ius erat iam quæſitum:
& dicit Bal in d.l.reſcripta in ult.col.ꝙ princeps nõ
poteſt reſcribere contra ius gentium: vnde per re-
ſcriptum principis non poteſt alicui ſine cā auferri
dominium, ſed cum aliquali bene pōt.l.3.ff.de nata
lib.reſtit.d.l.Lucius, & d.l.item ſi uerberatum, & hr̄
pro cā quælibet rõ motiua ipſius principis, ſecus eſt
in ſtatuto populi, quia non debet ineſſe cā motiua,
ſed probabilis, & condigna, aliàs non ualet, l.ſi pri-
uatus.ff.qui, & a quib. ¶ Et ex prædictis apparet, ꝙ ſi
Imperator aliquem fecit comitem palatinum cũ
ptāte legitimandi ſpurios ēt poſt mortem parentũ,
ſi ante legitimationem alij conſanguinei adiuerint
hæreditatem, & per ꝯñs fuerint effecti domini, iſta
legitimatio eis non præiudicat, quia cum dominiũ
ſit de iure gentium, per reſcriptum principis non
pōt auferri ſine cā, & hic nulla ſubeſt cā, ergo &c.
Hęc ſunt uerba Bal.in d.l.reſcripta, quibus conue-
niunt etiam ea, quæ ipſe dicit in d.c.1.in prin.hic fi-
nitur lex; & in d.l.2.C. de ſeruit. & aqua. ubi inquit
ſolius principis priuilegium eſſe auferre ius alte-
rius, & alteri illud concedere, ſibique hoc compete
re ex plenitudine poteſtatis, qua ipſe hoc iure uti-
26 tur; & † ideò ſi a principe comiti eſt conceſſa pote-
ſtas legitimandi ſpurios, non poterit pręiudicare le
gitimis, qui ab inteſtato iam adiuiſſent hęreditatẽ,
& ſic effecti eſſent iam domini, & dominium eſſet
in eis radicatum, ut etiam dicit Fel.in d.c.quę in ec
cleſiarum in 13.colu.per nota.per Bald. in l.cum fi-
lius de teſt.& per Pau.de Caſt.& alios in d.§.& quid
ſi tantum: & dicit Bartol. in l.toties ff. de pollicitat.
27 † ꝙ ſi ciuitas dat poteſtatem alicui ſtatuendi in per
tinen-

tinentibus ad bonum publicum, nõ cenſetur dare
poteſtatem priuandi quem iure ſuo ẽt ex cã boni
publici, ut tradit Fel.in c.cum oẽs circa prin.de cõ
28 ſtit. Propterea † ſi princeps concedit inferiori ali-
quid de ſibi reſeruatis,intelligitur, ut ſemper exer-
ceat illud cum debita cãæ cognitione, & non cum
illa plenitudine poteſtatis,cum qua poſſet ipſe prin
ceps concedens;Inn.in c. cum ad monaſterium de
ſtat.monach.cum ſim.alleg.per Felin.in dicto c.quę
in eccleſiarum de conſt. ¶ Præterea præſuppoſito
abſque præiudicio ueritatis,ꝙ aliqua potuerit adeſ
29 ſe iuſta cã,& ſufficiens,uidelicet † præordinatio pa
tris,qui in uita ſua mandaſſet, & ordinaſſet filium
ſuum naturalem debere legitimari, & fieri capacẽ
ad effectum,vt poſſet ſuccedere in bonis ſuis hære
ditariis,iuxta ea,quæ hñr per Bal. in d. l.reſcripta in
ult.col.C.de precibus impera.offer. & eſt de mente
Bart. & aliorum in d.l. Gallus §.& quid ſi tm̃, & ibi
ſcrib.& Alex.in conſi.188.in ult.col.in 5.uol.per D.
meum Soc. in conſi.120.in 3.uol.in 8. col. & ſequit
Aret.in d.§.& quid ſi tantum,qui concludũt,in ca-
ſu iſto in tantum legitimationem dici eſſe factam
ex iuſta cã,ꝙ abſque citatione ẽt uenientium ab in
teſtato fieri põt,& ita hr̃ inter conſi. Bal. in 2.uol.in
conſ.13.cum tribus ſequentib. Adhuc dico, ꝙ iſte
dominus Comes non potuit præiudicare iuri iam
30 matri quæſito,† qm̃ ad hoc,ut Princeps ex cã iuſta,
& concernente ẽt publicam utilitatem poſſit præiu
dicare iuri alterius,iuxta tex.in d.l.item ſi uerbera-
tum,&in d.l.Lucius,requiritur,ꝙ ipſe Princeps,vel
alius inferior in recompenſationem eius iuris; ſeu
rei ſoluat illius precium,uel det aliam rem illi ęqui
ualentem,alioquin non poſſet præiudicare, vt uo-
luit Archi. in indiuiduo in c. qui principalem poſt
prin.9.q.3.qui ſic reſtringit gl.ibi,& alleg.l.fi.C.quib.
ex cau.ſeru.pro prem.lib.accip.aliàs eſt l.ſerui,& eſt
glo.in l.fi.eod. tit. & hoc mõ debet intelligi tex. ſm
eum in d.l.item ſi uerberatum,& in d.l.Lucius, &
hoc ſequitur Fely.in d.ca.quæ in eccleſiarum in 11.
col.ibi dum prima declaratio &c. & in 18. col.ubi
eſt uidendum,& infra ẽt dicam; Sed in caſu noſtro
nec de matre,nec de iure ſibi quæſito facta fuit mẽ
tio in legitimatione, nec ẽt ipſi matri fuit proui-
ſum de alio ſimili cambio, ergo non potuit illi per
legitimationem Comitis præiudicare. ¶ Ex prædi
ctis itaque infertur,ꝙ ſi Comes, cui data fuit pote-
ſtas legitimãdi in pleniſſima forma,aliquem legiti-
mauerit poſt mortem illius,de cuius hæreditate tra
ctatur,& poſt aditam hęreditatem abſque cã iuſta,
& concernente bonum publicum,& talis legitima-
tio ad præiudicium uenientium ab inteſtato dice-
tur inualida, & in effectu non poterit præiudicare
uenientib.ab inteſtato, quibus iam erat ius quæſi-
tum,qm̃ ille, qui ex priuilegio ſibi conceſſo legiti-
mat,debet examinare defectus, & cauſas,alioquin
ſi perperam legitimaret,poſſet à tali legitimatione
tanquam iniuſta,& iniqua appellari ad principem,
qui conceſſit poteſtatem legitimandi, ſicut a cæ-
teris decretis iniuſtis inferiorum appellari ad prin-
cipem poſſet,vt uoluit Bal.in l.eam quam in 7. col.
in uerſi.ſed prima opinio uerior eſt &c.C. de fidei-
commiſſ. ¶ Alia ratione etiam per huiuſmodi legi
timationem non dr̃ factum præiudicium ipſi ma-
tri,nec iuri per illam acquiſito,quinimmo forte di
ci poſſet,legitimationem ipſam quo ad matrem,&
31 eius præiudicium eſſe nullam, † quia in ea nulla fa
cta fuit mentio de matre,nec ꝙ matri iam eſſet ius
acquiſitum per aditionem hæreditatis, quæ ſi fuiſ-
ſent comiti expreſſa,forte, imò pro certe non con
ceſſiſſet,ſeu ſaltem non ita facile;quia princeps, &
inferior a principe de facili non aufert,nec auferre
põt ius alteri iam acquiſitum,vt ſup.ergo ex iſto ca
pite legitimatio põt dici nulla,& inualida ad pręiu
dicium ipſius matris ca. ſuper literis, & ibi Abb.&
oẽs doct.extra de reſcrip.uel ſaltem talis legitima-
tio ꝑꝑ ſubreptionem hmõi non potuit præiudica-
re matri,&iuribus ſuis;quia ad hoc,vt per legitima
tionem ſaltem factam poſt mortem eius, de cuius
ſucceſſione agitur, legitimis ab inteſtato uenienti-
bus præiudicetur,requiritur,ꝙ legitimatio nõ fue-
rit ſubreptitia,& ꝙ in ea fiat mentio de filijs,ſeu de
filia,& de alijs,quibus deberetur legitima debita iu
re naturæ,& quib. eſſet ius acquiſitum per regulam
dicti cap.ſuper literis,&per ea,quæ in indiuiduo vo
lunt Bar.& alij,& melius D.meus Soc.in d.l. Gallus
§.& quid ſi tm̃;& traduntur per domi. Ant. Abb. &
Mod.in d.c.per uenerabilem qui filij ſint legi. & in
indiuiduo per Pau.de Caſtr.in conſi.181.in princ.2.
col.in 1.lib.incip.ſuper eo,quod primo loco quæri
tur &c.& inquit Bal.in conſi.133.in 3.lib.in 2. col.ꝙ
facientes ſe legitimari caueant à ueri ſuppreſſione
& falſi expreſſione per l.fi.C.de his, qui a non dom.
man.iuxta illud ſi curam medicãtis expectas,opor-
tet,vt uulnus detegas,& idem præſtant leges nego-
tijs,ꝙ medicamenta morbis,vti in auth.quib.mod.
natur.effic.ſui;& hoc clarius ponit Paul. de Caſt.in
d.conſi.in 3.col.ibi ſecunda rõ;quare vr̃ poſſe impu
gnari dicta legitimatio,eſt,nam poſito, ꝙ prædicta
ceſſarent,& ꝙ pręfato Comiti Palatino cenſeretur
data poteſtas legitimandi ad hæreditatem patris,
ẽt exiſtentibus alijs legitimis, & naturalibus, ſicut
poſſet ipſe ſi uellet,licet in dubio non præſumatur
uelle,vt in §.fi.in auth.quib.mod.natur. effic.ſui : &
Bald.in d.l.eam q̃ in 7.col.item quantum ad hæredi
tatem fratris,uel ſororis, ẽt exiſtentibus aliis fratri-
bus uel matre,tñ ad hoc,vt uideatur dominus legi-
timans hoc uoluiſſe, neceſſe erat in impetratione
dictæ legitimationis de ipſis fratribus ſororibus, &
de matre exiſtentibus expreſſam mentionem face-
re per hæc uerba,uel ſimilia, non obſtante, ꝙ ſint
alij filij,uel alij fratres,uel ſorores, uel mater,& præ
ſertim,qñ illis fuiſſet iam ius acquiſitum,& in eis ra
32 dicatum:† qm̃ iuri iam quæſito Princeps præiudi-
care non põt,niſi appareat de certa ſcientia ſua, &
de illo iure facta fuerit expreſſa mentio d.c. ſuper li
teris,l.2.§.ſi quis a principe cum ſim.ff.ne quid in lo
co publ.& hr̃ in d.l.fin.C.ſi ꝯ ius,uel util.pub.& in d.
c.quæ in eccleſiarum cum ſimilibus. ¶ Quod patet
33 ẽt,† quia credendum eſt principem noluiſſe dictũ
Comitem aliter fore legitimaturum, quã ipſe im-
perator fuiſſet legitimaturus,arg.l.1.in fin.ff. de off.
34 præfect.prætor.d.c.ſuper literis in fi.uerb. † Sed qñ
legitimatio impetratur à principe,ẽt ſi ab illo impe
tretur,cui debet legitimatus ſuccedere, neceſſe eſt
in tali impetratione mentionem facere de agnatis,
&de alijs,qui ab inteſtato ſuccedere potuiſſent,qui
bus tollitur,& minuitur ſucceſſio ad hoc, ut Prin-
35 ceps cenſeatur hoc uoluiſſe, † q̃uis non requiratur
citatio,nec conſenſus ipſorum agnatorum,ex quo
apparet de uoluntate illius, de cuius ſucceſſione
agitur,qui potuit illis præiudicare, arg.l.cum ado-
ptio ff.de adopt.& eorũ,quæ uoluit Bart.in d.l.Gal-
lus §.& quid ſi tm̃; Attamen,vt dixi,requiritur ſanè,
ꝙ fiat mentio in impetratione legitimationis de il
lis agnatis,ſeu de matre, ꝙ ſuccedere potuiſſent ab
inteſtato,ſi facta non fuiſſet legitimatio, ad hoc, ut
36 Princeps dicatur uoluiſſe illis præiudicare,† quia fa
cilius Princeps legitimat,qñ non ſunt agnati, nec
mater, q̃ qñ ſuperſunt, prout expreſsè not per Do.
Ant.in d.c.per uenerabilem in illo articulo, an re-
quiratur

quiratur citatio agnatorum, qui dicit Vbertum de
Bobio,& Iaco.Baldui.hoc tenere,vt refert ēt Ioan.
And.in addi.ad Spec.in tit.de ſucceſſ. ab inteſtat. in
37 ult.addit.Igitur † eodem modo facienda eſt men-
tio expreſſa de agnatis,de matre,&de alijs,quib.ex
legitimatione præiudicium fieri poteſt quando le-
gitimatio impetratur à comite Palatino,ad hoc,vt
ipſe comes cenſeatur uoluiſſe illis facere præiudi-
cium,& tāto magis quando ijs iam eſſet ius acqui-
ſitum in re,ꝙ ius difficilius tollitur,quam ius ad rē,
ſeu ius,quod ſpe ſpectat,iuxta quæ habetur in l. j.C.
de pact.& habetur in c.fi.de conceſſio.præb.lib.6.&
ibi doct. ſed in caſu noſtro minimè facta fuit men-
tio de matre,& de iure ēt ſibi iā acquiſito, ſed ſim-
pliciter facta fuit legitimatio, vt legitimatus poſſet
ſuccedere parentibus,agnatis , & cognatis tàm ex
teſtō,quàm ab inteſtato, nec dictum fuit ēt ſi exta-
ret mater , cui ius fuiſſet iam acquiſitum , ergo ex
hoc redditur legitimatio ſubreptitia , & inualida,
quia credendum eſt , ꝙ ſi ipſe comes ſciuiſſet ma-
trem extare,& illam iam adiuiſſe hæreditatem , &
apprehendiſſe poſſeſsionem illorum bonorū, quo-
rum poterat apprehendi,profecto noluiſſet illi præ
iudicare,nec taliter legitimare, ꝙ fieret matri præ-
iudicium,nam hæc cā debuiſſet mouere principē,
ergo ēt mouere debuit comitem,qui dicitur habe
re poteſtatem delegatam a principe,argumento d.
c.ſuper literis,& c.ad audientiam de reſcript. & ita
in terminis conſuluit Soc.in conſ.120.memini me
alias in 3.lib.in 4.col.cum ſeq.& in conſi.41. in 3.co
lum.eod.vol.Dec.in conſ.338.in 2.& 3.col.& notan
dum eſt,ꝙ per hanc rōnem Pau.de Caſt. in d.conſi.
181.qui alias ſolitus fuit tenere, ꝙ princeps poſſit le
gitimare in præiudicium eorum , quibus iam eſſet
ius acquiſitum ex aditione hæreditatis,vt in d.l.3.ff.
de teſta.& in d.l.cum hæredes in prin.& in d. conſil.
196.in 2.lib.voluit , ꝙ legitimatio tunc non præiu-
dicet nedū iuri iā acquiſito ex aditione ſed nec iu-
ri quærendo,& debito ſpe:ergo ueriſſima erit con-
cluſio in caſu noſtro , ꝙ ex hmōi legitimatione fa-
cta de Hannibale non potuit præiudicari dominæ
Iuniperę matri,nec iuri ſuo quæſito,ſeu quęrendo,
ex quo in impetratione legitimationis ipſi comiti
nulla facta fuit mentio de ipſa matre,nec,ꝙ plus eſt
de iure iam ſibi acquiſito per aditionē,nec de poſ-
ſeſſione oīum bonorum apprehenſa, quorum poſ-
ſeſſio poterat acquiri,& apprehendi : nam pecuniæ
dotalis non poterat apprehendi,nec acquiri poſſeſ
ſio,qm̄ pecunia illa non erat in hæreditate,ſed ſolū
ius agendi,ſeu actio de dote contra maritum , qui
tenebatur ad reſtitutionem dotis , vt in l. unica. C.
de rei uxor.act.l.in rebus cum ſimil.C.de iur.dot.&
38 † cum actio quoddam ius in corporale ſit,vt in l.1.
§.quædam ff.de rer.diuiſ.§.1.inſt.de act. l. actio. ff.de
actio.& oblig.§.in corporales inſt.de reb.corpo.&
incorpo.ſequitur , ꝙ illius non potuit apprehendi
poſſeſſio,qm̄ iura,& incorporalia teneri,& poſſide-
ri,non poſſunt l.ſeruus.§.incorporales cum ibi not.
ff.de acq.rer.dom.l.3.in prin.ff. de acq.poſſ. cum ibi
not.l.ſequitur §.ſi uiam ff.de uſucap.ſed tn̄ ad acqui-
ſitionem actionum hæreditariorum, & ad acquirē
dam ſuam quaſi poſſeſſionem (quia & ſi incorpora
lia propriè non poſſideantur , quaſi tn̄ poſſidentur,
vt no.in d.§.ſi uiam per illum tex.& in d.l.3.in prin.)
ſufficit ſimplex aditio hæreditatis , per quam ipſo
iure acquiruntur oīa incorporalia,& iura hęredita
tis, vt conſtat ex dominio rerum hęreditariarum ,
39 † quod dr̃ eſſe ius quoddam , & incorporale, vt hr̃
in l.ſi quis ui.§.differētia.ff.de acq.poſſeſſ.& ibi Pau.
de Caſt.glo.in l.in uenditione ff. de bonis auct. iud.
poſſid.Bart.in l.naturaliter. §. nihil commune ff.de
acq.poſſeſſ.& in l.qui uſumfructum ff.de uerb.obli.
& per Aret.in d.§.nihil cōe in 2.col.cum ſimi.& ſi-
cut illud ipſo iure transfertur in hæredem, qui adi-
uit hęreditatem d.l.cum hęredes in princ.ita actio-
nes,& iura tranſeunt,vt ibi,& argumento d.l.1.§.de
illo cum §.ſeq.ff.ad Treb.& in l.1.& in l.pro hęredi-
tarijs C.de hęred.action.& ꝯñr ex ſimplici aditione
hæreditatis , per quam dñr eſſe acquiſitæ actiones,
dr̃ etiam acquiri illa quaſi poſſeſſio iurium,&actio-
num,quæ ſolo animo acquiritur , vt in locis præal-
legatis,& ex ijs,quæ habentur in d.l.ſeruus.§.incor-
porales,& in d.l.3.in prin.& in d.l.ſequitur §.ſi uiam
& habetur per Innoc.& Io.And.in cap. in literis in
uerb.prius de reſtit.ſpoliat.per Abb.in ca. ex literis
de conſuetudin.per Bald.in l.ſi aquam. C. de ſeru.&
aqu.vnde hæredi,qui immiſſus fuit in poſſeſſionem
hęreditariorum bonorum ex beneficio l.fina.C.de
edict.diu.adr.toll.acquiritur nedum poſſeſſio bono
rum,ſed etiam quaſi poſſeſſio iurium,&actionum,
quæ ſolo animo acquiritur,vt ſupra , & habetur in
d.l.fi.& conſequenter per hanc legitimationem nō
potuit auferri ius acquiſitum ipſi matri ex aditio-
ne hæreditatis,tum quia ſine cauſa iuſta,&legitima
non poteſt illud auferri , tum quia non facta fuit
mentio de matre , nec de iure iam ſibi quæſito in
impetratione legitimationis per prædicta. ¶ Nec
obſtat id,quod dicunt Aret.& D.meus Soc.in d.§.
& quid ſi tantum in 4.& ultima conclusione , ꝙ le-
gitimatio ſimpliciter facta non habita mentione
de alijs uenientibus ab inteſtato , qui non ſint de fi-
lij,ſeu de liberis,valet,& illis præiudicat , quia tan-
tum reperitur in iure , ꝙ in legitimatione facienda
ſit mentio de filijs,& liberis,vt in §. ſi quis igitur il
1.in auth.quib.mod.natur.effic.ſui,& ibi Ang.& eſt
de mente Bal.in l.nam ita diuus ff.de adoptio.Quia
40 primò reſpondetur , † ꝙ contrarium forte uerius
eſt in puncto iuris,vt uoluit D.Anto.in d.c. per ue-
nerabilem qui fil.ſint legi. & eſt de mente Io. And.
in addit.in §.1.in uerſi.itē ſcias , & ita in indiuiduo
tenet,& concludit multum eleganter Pau. de Caſt.
in conſi.præallegato 181.cuius verba retuli, & com
probaui,& hoc argō text.in d. cap. ſuper literis &c.
¶ Secundo reſpondeo,& hæc eſt uera reſponſio,&
concordia,ꝙ de uenientibus alijs ab inteſtato non
eſt faciēda mentio in legitimatione,qñ ius aliquod
non eſſet cum effectu ipſis adhuc acquiſitum in re,
ſed ſolū ſpe , uel ad rē,& ita intelligatur id, ꝙ uolūt
Aret.& D.meus,qui propriè loquuntur in caſu iſto
ſecus ſi ipſis uenientibus ab inteſtato iam eſſet ius
acquiſitum in re,quia iam adiuiſſent hæreditatem;
item ēt apprehendiſſent poſſeſsionem , & ꝯñr ipſis
fuiſſet acquiſitum dominium de iure gentium , ꝙ
tolli,& auferri non pōt ita facile a principe , niſi in
impetratione fieret mentio de ipſis agnatis, quibus
eſſet huiuſmodi ius acquiſitum per ea,quæ ſupra la
tius dixi;&facit id,quod ſtatim dicam.¶ Tertio re
ſpondeo,ꝙ non debet fieri mentio de alijs agnatis,
& perſonis uenientibus ab inteſtato , qñ legitima-
tio fieret uiuente eo , de cuius ſucceſſione agitur,
puta uiuente patre, ſecus ſi fieret poſt mortem pa-
tris,& illius de cuius ſucceſſione agitur ; quia tunc
non poteſt fieri legitimatio quo ad effectum ſuc-
ceſſionis,uidelicet , vt præiudicet uenientibus ab
inteſtato,niſi illis citatis,ſeu ſaltem de illis facta fue
rit mentio;ita tenent doct. communiter in d. §.&
quid ſi tantum,ꝙ refert,& ſequitur D. meus Socy.
ibi in antepen.col.in uerſi.circa ſecundam , & in 7.
col.ibi quarta,& ultima: & tanto magis hoc proce
dit,uerumque eſt,qñ ius in re eſſet acquiſitum ipſis
uenien-

uenientibus ab inteſtato ante legitimationem fa-
ctam,vt quia adiuiſſent hæreditatem,item apprehē
diſſent poſſeſſionem;& ſic acquiſiuiſſent dominiū
per prædicta,& per ea,quę allegat Do. meus in d.l.
pen.¶ Quarto reſpondeo,ꝙ uenientes ab inteſtato
non ſunt citandi ad legitimationem faciendam,
ſed benè de illis eſt facienda mentio, Soc. in d.§.&
quid ſi tm̄ in 8.col.in 3.q.& in ult. col. Præpoſi in d.
c.per uenerabilem in 26.col.& ibi D. Ant. Io.And.
41 poſt Vberti de Bobi.in d.addit. Præterea † & ſi po-
tuiſſet præiudicari ipſi matri,quod tñ negatur,quia
præiudicari non potuit,vt dixi ſupra; dico, ꝙ ſolū
potuiſſet præiudicari quo ad ſucceſſionem aliorū
bonorum,non autem quo ad legitimam illi debi-
tam iure naturæ, nam quo ad illam nullo mō po-
tuit præiudicari,niſi ipſa citata,& uocata,vt in ſimi
li uoluit D.meus Socy.qui hoc latè ponit in d. §.&
quid ſi tm̄ in 7.col.in 3.concluſione,& in pen.col.in
3.& ult.concluſ.& per alia,quæ dixi ſupra.Nec iſtis
aduerſatur,ꝙ in caſu noſtro Comes poſſit legitima
re citatis,& non citatis iis, quorum intereſt, & ſic
vr̄ ex hoc ſibi data poteſtas plena,vt poſſit in legiti-
mando uti plenitudine poteſtatis,iuxta quæ haben
tur in d.§.& quid ſi tm̄ per doct.& D. meum in ult.
col.& per Alex.in l.ex facto in 6.col.ff.de uulgar. &
pup.& conſequenter præiudicare iuri iam quæſito,
iuxta quæ habentur per Bal.in d.l.2.C. de ſeruitu.&
aqui.& in d.l.eam quam C.de fideicom. & in d.c.1.
in prin.hic finitur lex.corra.Quia reſpondeo, & di-
42 co † illud procedere,& eſſe intelligendum, qñ fie-
ret legitimatio abſque præiudicio iuris iam quæſi-
ti in re ipſi tertio,ſecus,qñ ageretur de præiudicio
tertij,& de tollendo ius iam alteri in re acquiſitum
quia tunc non poſſet legitimare Comes non citatis
ijs,de quorum præiudicio agitur,&hoc,ne eodem
tempore,& circa idem plura concurrant ſpecialia
contra regulas iuris,uidelicet, ꝙ Comes, qui nun-
quam utitur plenitudine poteſtatis,ad Bald.in locis
pręallegatis,utatur plenitudine ptātis, itē ꝙ tollat
ius iam alteri acquiſitū ſine iuſta cā,quod eſt odio-
ſum,& ꝯ regulas iuris;item ꝙ poſſit pręiudicari iu-
ri iam alteri acquiſito,illo non citato quod ſimili-
ter dr̄ eſſe ꝯ regulas,iuris l.2.§.merito,& in §.ſi quid
à principe ff.ne quid in loco public.l. de uno quoq;
ff.de re iudic.clem. paſtoralis eod. tit.cum ſimil.&
dixi ſupra, & maximè qñ concurreret iſtud ēt ſpe
ciale,uidelicet,ꝙ ille,cui de iure debetur legitima
debita iure naturæ,illa priuaretur,quia non poteſt
fieri,nec præiudicari illi,niſi facta eius citatione,
& in quantum poſſumns debemus facere interpre-
tationem,& euitare,ne circa idem eodem tpe con
currant plura,ſeu duo ſpecialia l.1. cum glo. C.de
dot.promiſſ.& dicit Bald.in l.beneficium ff.de con
43 ſtitu.princ.† ꝙ beneficium Principis,ſic eſt inter-
pretandum, ut non includat plura ſpecialia: Nam
licet una diſpenſatio ſit fauorabilis, plures tamen
ſimul concurrentes diceretur eſſe odioſæ l.ſi qñ in
prin.C.de inoffi.teſtam.Et ex his puto omnino iu-
dicandum fore ad fauorem d.D.Iuniperæ,& aduer
ſus dictum Hannibalem,ſeu eius hæredes.¶ Super
eſt modo iis:quæ in contrarium facere uidentur,
& ſupra allegata fuerunt,reſponſionem accomoda
re;quæ licet ex dictis ad fauorrm dominæ Iunipe-
ræ ſatis colligatur, tamē,ut unicuiq; legenti ſatiſ
factum ſit,unicuique ſigillatim reſpondere, cona-
bor.In primis non obſtat ſtatutum de ſucceſſionib.
44 ab inteſtato in §.ipſi quidem fratres &c.quia† illud
habet locum in fratribus legitimis,& naturalibus;
non aūt in legitimatis, cum enim agatur de exclu-
dendo matrem a luctuoſa ſucceſſione filij, item &
a legitima debita iure naturæ, illud ſtatutum dici-
tur eſſe exorbitans,& ualde odioſum, arg.l.fi.C.de
inſti.& ſubſt.ſub cond.fact.& arg.c.quicunque cum
glo.17.q.4.iūctis iis, quæ habentur per glo. & doct.
in auth.nouiſſima C.de inoff.teſt.& in auth. de triē.
& ſemiſſ.& in §.1.glo.in uerbo hoc obſeruando col
lat.3.& ideo in eo debet fieri ſtricta,& propria inter
pretatio,vt habeat locum in fratribus legitimis, &
naturalibus,non autem in legitimatis, qui non di-
cuntur propriè,nec ſimpliciter fratres, prout loqui
tur ſtatutum,ſed ſecundum quid,uidelicet fratres
legitimati,& ſic impropriè,arg.l. hoc legatum ff.de
lega. 3. & ideo non comprehendentur in ſtatuto
exorbitanti,& odioſo, in quo fit mentio ſimplici-
ter de fratre,argum.cap. in noſtra extra de iniur. &
damn.dat.l.3. §. hæc uerba ff. de nego.geſt. l. quic-
quid aſtringendæ ff.de uerbo.oblig.cap. quæ a iurę
communi exorbitant de reg.iur.in 6.cum ſim. ¶ Et
ꝙ ſtatutum huiuſmodi dicatur odioſum, & exor-
bitans,vt dictum eſt,probatur etiam ex ijs, quæ uo
luit Bald.in l.certum C.und.legit.Alex. in conſi.79.
in 6.uol.Bart.in l.1.in 14.col.C. de ſum. trinit. & fid.
cath.Barba.in c.quod clericis in 25.col.de for.com
pet.& dicit Alex.in conſi.144.in 6. uol. ꝙ ſtatutum
excludens collaterales fœminas propter maſculos
dicitur eſſe fauorabile, ſed excludens filias, & de-
ſcendentes fœminas, & aſcendentes, quibus debe-
tur legitima debita iure naturæ dicitur odioſum:
& ideo ſequitur,ꝙ ſtatutum, per quod excluditur
mater propter fratres,tanquam odioſum, & exor-
bitans non dicetur comprehendere fratres legiti-
matos,vt in terminis, & in indiuiduo uidetur uelle
Pau.in d.conſi.181.in 1.lib.in ult.col.ubi concludit,
ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ fratres excludant ſorores a fra-
tris ſucceſſione, fratres legitimati non excludent
ſorores;& licet uerum ſit, ꝙ legitimati ſint legiti-
45 mi,† tamen Bal.in l.eam quam C.de fideicommiſ.
in 16.col.dicit,ꝙ de proprietate uerborum appella
tione legitimorum non comprehenduntur legiti-
mati,& allegat tex. in cap. 1. §. naturales cum ibi
not.per glo.ii de feud.fuer.controuerſ.& Bald. in l.
fin.C.de his,qui uen.ætat.impetr. inquit per illam.l.
46 † ꝙ ſi quis recipiat emphyteuſim pro ſe,& filijs ſuis
legitimis,& naturalibus,non comprehenduntur le
gitimati,quia non ſunt naturaliter legitimi, & Do.
Anto.in c.per uenerabilem qui filij ſint legitimi in
ult.q.ubi plenè tractat de effectu legitimationis,di-
cit,ꝙ hæc quæſtio fuit diſputata,& ipſe putat hanc
47 eſſe ueritatem, † ꝙ legitimati per ſubſequens ma-
trimonium,uel per alios modos legales, & a iure
communi approbatos, de quibus in l. ſi quis cum
ſimil.C.de natur.lib.& in cap.per tuas,& in cap. tan-
ta.qui ſil.ſint.legit.comprehenduntur in ſtatutis ap-
pellatione legitimorum, ſed legitimati per reſcri-
ptum principis,ſeu inferioris minimè, quoniā etſi
negari non poſſit eos eſſe uerè legitimos,tamē non
ſunt legitimi de iure communi,ſed de iure ſpecia-
ciali, de quibus ſtatutum non cenſetur cogitaſſe
maximè in præiudicium aliorum,ſeu quo ad effe-
ctum excludendi alios,& facit l Iulianus ff.qui & a
quibus;& ideo in ſtatuto cenſetur fuiſſe ſolum in-
tellectum de legitimatis de iure communi, quo-
48 niam† ſtatuta recipiunt declarationem a iure com
muni,& non a iure ſpeciali cap. cum dilectus cum
ibi no.per doct.de conſuetud.l.ſerui ueſtri C. de no
xali.l.Cæſar & ibi Roman.de public.cap.ad audien
tiam,cap.cum dilectus de cler.non reſiden Bal. in l.
maximum uitium C.de liber.præter. Pau. de Caſt.
in l.fi.§.in computatione,& ibi Alexand.C. de iur.
deliber.vnde Bald.& Imo.in l.Gallus. §. ſi eius in fi.
uene-

uerb.de liber.& poſthum.poſt D.Anto.in d.cap.per
49 uenerabilem dicunt, † quod legitimati per reſcri-
ptum quamuis poſſint dici uerè legitimi, non tñ di
cuntur legitimè nati, ſeu legitimè deſcendentes,
nec legitimi ex uero matrimonio:& prædicta om-
50 nino præſertim uera ſunt,† quando per reſcriptum
fuiſſet legitimatus ſpurius, ſeu inceſtuoſus, ſeu
adulterinus,quoniam talis diceretur legitimus nõ
de iure communi,nec de iure ſpeciali,ſed ſpecialiſ
ſimo,& contra regulas iuris,immo contra mentē,
& uoluntatem principis,qui in hoc ſibimet legem
impoſuit,& conſequenter cuilibet alteri per clau-
ſulam derogatoriam, quòd non poſſit tales legiti-
mare,vt probatur in §.fin.in auth.quib.mod.natur.
effic.ſui,l.1.C.de natural.libe. & habetur per Bald.
in d.l.eam quam.C.de fideicomm.in 6.col.& ideò
Pau.de Caſt.in conſi. 181.in finalibus uerbis dicit
in terminis ſtatuti excludentis fœminas propter
fratres.quòd propter auctoritatem D. Ant. de qua
ſupra.attento etiam, quòd ſtatutum excludens fœ
minas propter maſculos eſt contra ius cõe,exorbi-
tans,& odioſum, ipſe putat ueram eſſe diſtinctio-
nem D. Anto. cum per eam opiniones reducantur
ad concordiam, & ſic uitatur magis correctio iu-
ris cõis,ac ēt materia fraudis, ne fratres baſtardi fa-
ciant ſe legitimari in præiudicium aliorum, maxi-
mè eorum, quibus iam erat ius quæſitum l. ſi ita
quis in fin.ff.de lega.2.¶ Et ex his,& ex alijs ſupra re
latis apparet reſponſum adductis primo fundamen
51 to facto pro parte contraria, quia † & ſi comes ha-
buerit ampliſſimā ptātem legitimandi ēt poſt mor
tem,& poſt aditam hæreditatem, & apprehenſam
poſſeſſionem,& conſequenter in comitem dicatur
tranſlata plenitudo ptātis, iuxta quæ habentur per
Bald.in d.cap.1.hic finitur lex,in d.l.2.C.de ſeruitut.
&aqua,&in d.l.eam,quam cum ijs,quæ uoluit Pau.
de Caſt.in conſi. 196. tñ debet intelligi tranſtuliſſe
eo mõ,quo princeps poteſt,& non aliter,quia plus
iuris quis in alium transferre non põt, quam ipſe
habeat l.nemo plus ff.de regulis iuris,cap.nemo po
52 teſt eod.tit.in 6.Item † quia in terminis noſtris ſem
per exuberantior eſt poteſtas principis in legitimā
do,quàm ſit comitis habentis auctoritatem etiam
pleniſſimam legitimandi,Bal.in d.c.1.in prin.hic fi-
53 nitur lex in pen. col.ſed † ipſe Princeps legitimare
non põt in præiudicium iuris in re iam quæſiti,nec
auferre dominium iam quæſitum,& maximè poſt
apprehenſam poſſeſſionem, niſi ex cā concernen-
te immediatè utilitatem publicam d. l. item ſi uer-
beratum.& d.l.Lucius cum ijs,quæ latè ſupra dixi;
& in terminis ita uoluit Pau.de Caſt.in l.digna uox
C.de legibus,& Abb.in c.2.in 1.glo. de conſt.ergo
nec comes poterit, quamuis dicatur habere plenā
ptātem in legitimando, quia non potuit plus iuris
princeps in alium transferre,quam ipſe haberet, &
exercere poſſet, vt dictum eſt. ¶ Præterea poſito
54 abſque ueritatis præiudicio,† quòd ſtatutum iſtud
intelligi poſſet de legitimatis etiam,tum quia uerè
ſint legitimi, tum quia comes legitimando facit
eos legitimos etiam ad materiam ſtatutorum, vt
ipſi comprehendantur in ſtatutis facientibus men-
tionem de filijs,ſeu fratribus ſimpliciter, ſeu de le-
gitimis,vt ex uerbis priuilegij apoſtolici, & impe-
rialis continetur,cuius uerba ſunt multum ponde
randa iuxta,quæ habentur per Bald.in d.l.eam quā,
& in d.l.2.C.de ſeruit. & aqua, tamen ſtatutum de-
bet intelligi de legitimatis ante mortem illius, de
cuius ſucceſſione agitur, & ante aditam hæredita-
tem,uel apprehenſam poſſeſſionem, & ſic ante ius
quæſitum alteri,videlicet uenientibus àb inteſtato,
qm̄ princeps, ſeu comes habens ptātem per ſuam
legitimationem põt tollere illud ius ad rem,& non
dum acquiſitum in re,vt ſtatim dicam,& tetigi ſu-
pra:ſed legimati poſt mortem, & poſt aditam hæ-
reditatem, vel apprehēſam poſſeſſionem non com-
prehendentur in ſtatuto huiuſmodi excludente
matrem,ſeu ſorores pp fratres maſculos, ne ſequa
tur abſurdum, ꝙ indebitè auferatur ius alteri iam
55 quęſitum:† & ſemper fieri debet interpretatio, ne
alteri damnum inferatur d. l. 2. §. merito, & in §.ſi
quis a principe ff ne quid in loc. pub. optimus tex.
in c.in his cum ibi not.& in c.dudum in fin.ultimæ
glo.extra de priuileg.l.quoties C.de precib. imper.
offer.& in l.reſcripta eod.tit.c.reſcripta 25.q.2.cap.
ſuggeſtum cum ſeq.de decim. & cap.quid per no-
uale de uerb.ſignifi.¶ Nec obſtat id,ꝙ uoluit Alex.
in d.l.Gallus §.& quid ſi tm̄ in ult.col.per text.in l.2.
C.de natalib.reſtituend.ubi ſentit, ꝙ princeps poſ-
ſit indiſtinctè, & ſic abſque iuſta cā ex plenitudine
poteſtatis legitimare etiam inuitis, & ignorantib.
56 parentibus,quia reſpondetur, † ꝙ Alex. loquitur,
qñ legitimatio fieret ante ius quæſitum in re certa,
& ſic ad præiudicium iuris quærendi, vel iuris quæ
ſiti non de iure gentium,ſed ſolum de iure ciuili,
vt quia ſolum eſſet delata hæreditas, & ſic eſſet ius
quæſitum ad rem, non in re, quia tunc princeps ex
plenitudine poteſtatis,quam habet in ijs, quæ ſunt
de iure poſitiuo iuxta tex.in c.propoſuit de conceſ.
præb.põt ſine cā præiudicare tali iuri, & in dubio
in eo præſumitur iuſta cā, ſecus qñ fieret legitima-
tio poſt ius quęſitum in re, & ſic poſt aditam hęre-
ditatem,uel etiam poſt apprehēſam poſſeſsionem,
quo caſu dr̄ acquiſitum ius,ſeu dominium de iure
gētium ēt in caſu,quo ſolum eſſet adita hęreditas,
quia tunc princeps non poſſet legitimare abſque
iuſta cauſa,de qua ſupra,& in dubio illa non pręſu
meretur,niſi eſſet expreſſa, & iſta diſtinctio colligi-
tur ex ijs, quę dixi ſupra, & in terminis habentur
per Alex.poſt Bal.Pau.de Caſt.& alios in d.§.&quid
ſi tantum col.pen.& Alexan. in d.l.cum hæredes in
prin.de acquir.poſſeſſ.iunctis ijs, quæ habentur per
Abb.in c.per tuas in 11.col.de arbitr.in repet.& per
Felyn.in c.ad audientiam il 2.in 3.col.de reſcript.&
ſecundum prædicta intelliguntur ea, quæ uoluit
Bald.in d.cap.1.in prin.hic finitur lex, vt ibi colligi-
tur ex eius uerbis,& ea,quę uoluit etiam Bald.in d.
l.2.in 6.col.C.de ſeruit.& aqu.faciunt, quæ haben-
tur per Aret.in l.ex facto in ultim.col.ff. & de uulg.
& pup. & ita etiam eſt de mente Pau. de Caſt.in d.
conſi. 181.in 1.lib. ¶ Nec obſtant ea, quæ uoluit
idem Pau.in d.l.3.ff.de teſtamen.in d.l.cum hęredes
in prin.& in d.conſi.196. in 2. lib.de quo ſupra ſæpe
facta fuit mentio,ꝙ princeps,& alius inferior, qui
habet poteſtatem plenam legitimandi cum pleni-
tudine poteſtatis,poſſit præiudicare illis, quibus eſ
ſet ius quæſitum ex aditione hæreditatis,cum tunc
dominium, & ius dicatur quæſitum mediante iu-
re ciuili,iuxta tex.cum ibi not. in l. j.ff.de acquir.re-
57 rum domi.quia primo reſpondetur,† ꝙ in caſu no-
ſtro,ultra quod adita fuit hæreditas, fuit etiam ap-
prehenſa poſſeſſio illorum bonorum,quorum po-
terat apprehendi:quo caſu,vt fatetur etiam Pau. de
Caſt.in locis præallegatis,& in d.conſi.181.princeps
non poteſt præiudicare illi iuri quæſito ſine iuſta
cauſa concernente publicam utilitatem,cum tunc
dicatur acquiſitum dominium etiam de iure gen-
tium,vt eſt tex.cum ibi not.in d.l.1.in prin.ff.de acq.
poſſeſſ.& habetur per Alexand.in d. l. cum hæredes
in princip.& in d.§.& quid ſi tantum in pen.colum.
ubi affirmat hanc eſſe communem opinionem
doct.

58 doct.& † id,quod dicitur,principem de plenitudi-
ne poteſtatis ſuæ poſſe alteri prçiudicare,&ius iam
quæſitum tollere ad tradita per Alex.in d.§.& quid
ſi tantum in vlt.col.& per Bal.in d.c.1.in prin.hic fini
tur lex,debet intelligi,concurrente iuſta cauſa,de
qua in d.l.item ſi uerberatū,& in d.l.Lucius, & hoc
ius ſoli principi competit,& non alteri inſeriori,ni
ſi princeps ex ſua plenitudine poteſtatis hoc infe-
riori conceſſerit,& hoc eſt,qđ ſolet dici, ꝙ ſolius
principis eſt priuilegium iura unius aufere, & dare
alteri ex plenitudine poteſtatis,quia debet intelligi
primo,vt etiam tetigi ſupra,uidelicet extante iuſta
cauſa,deinde ꝙ alius inferior hoc non poſſit etiam
ex iuſta cauſa,niſi princeps ex plenitudine poteſta-
tis ei id conceſſerit,quia tunc poſſet hoc idem in-
ferio ex iuſta cā publica,vt colligitur clarè ex ijs,q̃
latè dicit Bal.in d.l.1.in 2.col.C.de ſeruit.&aqua,vbi
59 declarat, † quod ſit plenitudine poteſtatis,& quali
ter à principe ſumatur,referendo ſententiam theo
60 logorum;& poſtea idem proſequendo inquit, † ꝙ
lege poſitiua princeps obligatur ex dictamine rō-
nis,quia eſt animal rōnale , ideò ea rōne princeps
non eſt ſolutus , nulla.n. auctoritas neq; principis,
neq; ſenatus poteſt facere , ꝙ princeps non ſit ani-
mal rationale,nec eū obſoluere à lege naturæ, vel
dictamine rectæ rationis , uel legis æternæ l. 2.ff.de
vſufruct.ear.rerum,quæ vſu conſumun.& dicit Bal.
in d.l.eam quam in 6.col. ꝙ plenitudinem poteſta-
tis,quam habet princeps, in eum trāſtulit populus
Romanus,in illum tranferēdo omne imperium ēt
ſummum,ut in l.2.§.nouiſſimè. ff. de origin. iur. §.
ſed quod principi inſtitut. de iur. natur. gentium ,
& ciuit.ergo debet intelligi, ꝙ plenitudo poteſtatis
q̃ habet princeps,reguletur ratione,& iuſta cauſa,
ſicut lex,& diſpoſitio populi regulabatur.§.erit aūt
lex.4.diſtinctio. l.1.ff. de iuſtit.& iur. ¶ Secundo rñ-
61 deo,† ꝙ illa opinio Paul.de Caſtr. in d.l.3.& in d.l.
cū hæredes cōiter impugnatur , ut ibi habetur per
Alex.& Bal.& in d.§.& quid ſi tantum, & per Aret.
in d.l.ex facto,vbi uolunt , ꝙ etiam ſi ſolum adita
fuiſſet hæreditas,cum ex illa acquiratur dominiū,
quod eſt de iure gentium,per legitimationem etiā
principis illud ius tolli non poſſit abſque iuſta cau-
ſa,de qua ſupra,ut declarat Alex. in d.l. cum hære-
des in prin.in 3.col.& Felin.in d.c. quæ in eccleſia-
rum in 10.col.in uerſ.cauſa autem &c.& oēs cōiter
in d.§.& quid ſi tantum,quicquid dixerit, & con-
ſuluerit Paul.de Caſtro in d.conſi.196.per quod cō
ſilium Felin.in d.c.quæ in eccleſiarum in 14. col.in
uerſi.ſed hanc declarationem &c.ponit unam no-
tabilem declarationem nobis multum, & bene in
62 ſeruiuentem; † dicit enim , ꝙ princeps conceden-
do generalem poteſtatem legitimandi alicui in du
bio non cenſetur conceſſiſſe ptātem, ut poſſit præ-
iudicare iuri iam q̄ſito,& ꝯñr non cenſetur tranſtu-
liſſe plenitudinem poteſtatis,qñ hanc poteſtatē cō-
ceſſiſſet illi,qui non eſſet princeps,dux , ſeu comes
al icuius prouinciæ,alioquin ſecus,ut ibi per eum:
ſed in caſu noſtro poteſtas legitimandi non fuit cō
ceſſa principi,ſeu duci, aut comiti alicuius prouin
ciæ,ergo &c. ¶ Prçterea id , quod conſuluit Paul.
de Caſtro ibi ad fauorem legitimationis factæ per
ducem Mediolani,de iure non ſubſiſtit , neque be-
ne conſuluit,prout in multts ſolitus fuit conſule-
re,ut in terminis dicti conſilij colligitur expreſsè
ex ijs,quæ ponit Felin.in d.c.quæ in eccleſiarum in
14.col.cum ſequent. ubi expreſsè impugnat dictū
conſilium,& poteſt etiam colligi ex ijs,quæ dixi ſu
pra ad fauorem dominæ Iuniperæ. ¶ Ex prædictis
etiam patet reſponſio adductis ſupra tertio,& quar
to loco ad fauorem partis aduerſæ. ¶ Quinto quo-
que fundamento fuit reſponſum in ultima ratione
facta ad fauorem dominæ Iuniperæ , ac etiam re-
ſpondendo primo argumento,neque amplius refe
ro,ne idem ſæpius repetam : accommodentur er-
go ſingula ſingulis. ¶ Vnum illud addo, ꝙ quamuis
63 glo.in c.per principalem 9.q.3. dicat, † quod Papa
poteſt priuare Epiſcopum ſuo epiſcopatu, & cleri
cum ſuo beneficio abſque cauſa , ut etiam refert
Decius in c.cum ueniſſent de iudic. tamen Abb.in
c.fin.de cōfir.util.uel inutil.& in diſputatione, Epi-
ſcopus,& quidam rector,quem ſequitur Fel.in d.c.
quæ in eccleſiarum,in 17.col.cum ſequen.dicūt cō
trarium uerius eſſe , quòd Papa non poſſit abſque
iuſta cauſa , quæ concerneret bonum publicum ,
64 epiſcopum ſuo epiſcopatu priuare : quia † epiſco-
patus eſt de iure diuino, ut Pſalmo 108. & in ca. in
65 nono 21.diſtinc.cum ſequ.Item † acceptans benefi
cium uidetur ex quaſi contractu ſe obligare ad ad
miniſtrationem illius,c.niſi cum pridem cum glo.
in §.uerum de renuncia.ergo talis contractus ſine
iuſta cauſa etiam à principe diſſolui non poteſt.ca.
1. cum ibi nota. extra de probatio. & ita ſequitur
Card.in conſ.141.ſanctiſſimus dominus noſter.&c.
& habetur per Roma.in conſi.457. & eo caſu, quo
Papa priuaret epiſcopum , uel clericum ex iuſta
cauſa,ut ſupra,ſed ſine culpa,& delicto epiſcopi,vel
clerici,teneretur Papa illi prouidere de æquè bo-
no epiſcopatu,& beneficio,alioquin non debet il-
lum ſuo priuare,& cum cauſa,& ſine culpa, ut uo-
luit Innocen.in d.c. niſi cum pridem de præbend.
in 2.col.& habetur per Felin. in loco præallegato ,
& iſto modo debet intelligi glo. in d.c.per principa
66 lem; † Simillter ergo intelligendum eſt id,quod di
citur, quòd princeps poteſt ex iuſta cauſa priuare
quem iure ſuo,ſcilicet quando cauſa eſſet publica,
& priuatio fieret cum recompenſatione : quæ ſunt
bene notanda: Ad propoſitum faciunt etiam ,quæ
habentur in l.fi.per Bald.Bart.& alios poſt glo. C.de
67 ſententiam paſſ. † legitimatio enim facta poſt mor
tem , & ius quæſitam nunquam trahitur retro ad
præiudicium iuris alteri quæſiti , ut uolunt Barto.
Alex.Aret.Bal.& omnes communiter in d.l.Gallus
68 §.& quid ſi tantum,& in d.l.fi.ſicut † in ſimili dici-
tur de ratificatione,quæ retrotrahitur, quando res
adhuc eſt integra,& abſque præiudicio alterius,ad
tradita per Bald.in l.fi.C. ad macedon. l. bonorum
ff.rem ratam haberi cum ſimil.& in terminis in le-
gitimatione hoc uoluit Bald. in l. eam quam in 9.
col.C.de fideicom.ibi quæro utrum &c. Intelligo
etiam ad fauorem dicti Hannibalis , & hæredum
ſuorum productam fuiſſe quandam legitimatio-
nem factam per olim Illuſtriſſ. dominum Ioannē
de Bentiuolis,in qua dicitur , quod Hannibal fuit
legitimatus ad effectum,ut poſſet ſuccedere in bo
nis,& hæreditate ſui patris,& aliorum agnatorum
&c.ut latius in dicta legitimatione cōtinetur. Sed
pro reſponſione ſciendum eſt in primis , ꝙ domi-
nus Octauianus pater dicti Hannibalis in ſuo teſta-
mento diſpoſuit,quòd filij ſui legitimi, & natura-
les ex legitimo matrimonio nati ſi tales haberet,eſ
ſent hæredes uniuerſales,& ſi contingeret ipſum te
ſtatorem filios non habere legitimos, & naturales,
tunc ſubſtituebat Hannibalem filium ſuum baſtar-
dum,ſeu naturalem ſub cōditione,ſi eſſet legitima
tus infra annum à die mortis ipſius teſtatoris;conti
git, ꝙ D.Octauianus non habuit filios legitimos,&
naturales,& conſequenter uocatus fuit Hannibal
ex ſubſtitutione uulgari,per quam ſucceditur im-
mediate defuncto l.fi.C.de inſtitu. & ſubſtitut. ſub

cond.fact.iunctis ijs,quæ latè ponunt Bart.& alij in
l.1.in prin.ff.de uulga. & pupil. & quoad hunc effe-
ctum uidelicet,ut Hannibal potuerit ſuccedere in
hæreditate paterna,legitimatio facta nunc ultimo
loco per ipſum comitem nihil prodeſt, nec opera-
tur ex defectu conditionis appoſitæ in teſtamento
cum illa non fuerit facta infra annum à die mortis
dicti Octauiani,ſed legitimatio facta per Illuſtriſſ.
dominum Ioannem Bentiuolum potuit prodeſſe,
ſi aliàs fuit ualida,& in ueritate facta,cum illa facta
fuerit infra dictum tempus:Verum quòd in termi
nis noſtris etiam quoad effectum ſuccedendi ipſi
patri Octauiano hęc legitimatio nihil profuerit di
cto Annibali,breuiter oſtendo : In primis,quia de
aliqua legitimatione facta ab Illuſtriſſ.domino Io-
anne legitimè non conſtat, nec eo modo , quo de
iure conſtare debet,ſolum enim producuntur non
nulli teſtes pro parte Hannibalis ad probandum le-
gitimationem fuiſſe factam de perſona ſua per Il-
69 luſtriſſ. dominum Ioannem , † qui non probant
multiplici reſpectu,primo quia ex quo producun-
tur ad probandum id, quod in inſtrumento legiti-
mationis continetur, ad hoc , ut probent,requiri-
tur,quòd ipſi ſint periti,& tales,qui potuerint intel
ligere contenta in inſtrumento legitimationis , &
qui ſciuerint diſcernere inſtrumentum publicum,
& illius qualitates, ut colligitur ex ijs , quæ uoluit
Bar.per illum textum in l. 2.§.diuus ff. de iure fiſci.
Præterea poſito,quòd per teſtes fuerit probatum,
legitimationem fuiſſe factam à præfato Illuſtriſſ.
domi.Ioanne,tamē huiuſmodi probatio nihil ope
ratur,neq; neceſſario concludit ad fauorem dicti
Hannibalis , quia prius debet ſpecialiter conſtare
de poteſtate,& facultate legitimandi ipſius comi-
70 tis legitimantis, † quoniam cum ius legitimandi
per reſcriptum ſit de reſeruatis ipſi principi , ut in
§.fi.in auth.quib.mod.natural.effic.ſui,& per Bal.in
d.c.1.& in d.l.2.C. de ſerui.& aqu. cū ſimil. eatenus
dicitur.& cenſetur conceſſum iſtud ius , quatenus
expreſsè reperitur conceſſum,& non ultra,ut in lo-
cis præallega.& habetur per domi. Anto. & latius
per moder. in d.c.per uenerabilem,qui fil.ſint legit.
71 quia † conceſſio,& priuilegium,quòd quis poſſit le
gitimare,dicitur eſſe deteſtabile,& odioſum,& cō
ſequenter omni reſpectu reſtringendum,ut in d. §.
fi.& per Bald.in d.l.eam quam in 7.col. C. de fidei-
commiſ.& in d.l.2.in 6.col.Parum igitur prodeſſet
probare legitimationem fuiſſe factam , ſi non con-
ſtaret,nec probaretur,comitem legitimantem ha-
bere poteſtatem,& qualem poteſtatem, ex quo di-
uerſimoda poteſt concedi,& dubia probatio non
releuat probantem c.in pręſentia de probatio.cum
ibi no.l.non hoc C. unde legiti.Item ſimiliter parū
prodeſſet ſimpliciter probare ipſum comitem ha-
buiſſe poteſtatem legitimandi,niſi in ſpecie fuiſſet
probatum habuiſſe talem,& talem,cum multiplex,
& diuerſimoda poſſit concedi à principe, ut colli-
gitur ex ijs,quæ habentur in d. c. per uenerabilem,
& etiam ex uarijs conceſſionibus,& priuilegijs cō-
ceſſis,quæ uidi:& ideò talis probatio debet neceſ-
ſario concludere,non autem eſſe dubia d.c.in præ-
ſentia.¶ Nec obſtat,ꝙ plures legitimationes,& plu
ra inſtrumenta legitimationum factarum de alijs
perſonis producta fuerunt in authenticam formā,
ex quibus conſtare uidetur de poteſtate legitiman
72 di dicti domini Ioannis.Quia reſpondetur,† ꝙ illa
non probant,nec faciunt fidem in hac cauſa inter
ipſum Hannibalem , ſeu eius hęredem , & dictam
dominam Iuniperam , quia res inter alios acta , ut
73 C.res inter alios act.Item † quia acta, & inſtrumen-
ta facta coram uno ſuperiore nō faciunt fidem co-
ram alio inter eaſdem perſonas,ad alium finem, &
effectum,ergo minus inter diuerſas,ut habetur per
Abb.& omnes in c.at ſi clerici in prin.de iudic.ar-
gumen.tex.in c.ueniens cum ibi not. de teſtibus, l.
& an eandem ff. de exception. rei iudica. per Bart.
Alex.& alios in l.2.C.de edend.¶ Præterea,vt con-
ſtat ex quibuſdam legitimationibus productis per
partem aduerſam,dictus Illuſtr.domi. Ioannes ha-
buit poteſtatem legitimandi abſque præiudicio ue
nientium ab inteſtato , & ſic in forma communi ,
74 † quo caſu cenſetur data poteſtas legitimandi ad
præiudicium uenientium ab inteſtato ſolum, qñ fa
ctum eſſet teſtamentum,& in illo legitimatus eſſet
uocatus,ſeu inſtitutus cum præiudicio uenientiū
ab inteſtato: Sed quando nullum eſſet factum teſta
mentum,ut quia quis deceſſiſſet ab inteſtato,tunc
legitimatus non admittitur ad excluſionem , nec
ad præiudicium uenientium ab inteſtato,imò ipſi
uenientes ab inteſtato illum in totum excluderent
à ſucceſſione: hæc enim eſt natura huius clauſulę
ſolitæ apponi in legitimationibus , ut colligitur ex
ijs,quæ plene uoluit Alex.in conſi.187.cum ſequen.
in 5. uolumi.& habetur per Petr.de Anchar.in cōſ.
154.& in conſi.239.per Paul.de Caſt. in d.conſi.181.
per Federi.de Senis in conſ.57.per Bald.in auth.prę
terea C.de natural.liber.& per domi. Anto. in d. c.
per uenerabilem cum ſimil.allegatis per Alex.in d.
§.& quid ſi tantum in fi. pen. col.¶ Nec prædictis
75 aduerſatur † unum,quod incidēter tactum fuit ex
mente Bal.in l.reſcripta in vlt.col.C. de precib. im-
pera.offerend.quē ſequitur dominus meus Soc. in
conſ.120.in 4.uol.per not.per Bart.in d.l. Gallus §.&
quid ſi tm̄,& per Alex.in conſi.188.quod eſt pen.in
5.uol.in ult.col.quod legitimatio filij facta ex præ-
ordinatione patris teſtatoris,qui in ſuo teſtamento
ordinaſſet filium ſuum naturalem debere legitima
ri,& capacem fieri ad effectum,ēt poſſet in eius bo
nis ſuccedere,ualeat,etiam ſi facta fuerit poſt mor
tem patris in præiudicium uenientium ab inteſta-
to,quib.iam eſſet ius acquiſitum,& poſt apprehen-
ſam ab eis poſſeſſionē bonorū,ēt illis nō citatis,ſed
in terminis noſtris pater d.Hannibalis ordinauit,&
uoluit ipſum effici capacē,& debere legitimari,ut
in teſtō d.Octauiani cōtinetur,ergo &c.Quia huic
fundō,quod iudicio meo vr̄ potiſſimum ad fauorē
Hannibalis,& hæredum ſuorum , ſatis clarè poteſt
accōmodari reſponſum,& primo,ꝙ pater Octauia
nus non ſimpliciter præordinauit Hannibalem qñ-
cunq; legitimari,& capacem fieri ad effectum , ut
ipſe poſſet admitti ad bona,& ad ſucceſſionem,ſed
infra certum tempus , hoc eſt infra annum à die
mortis ipſius teſtatoris:ex quo infertur, ꝙ cum ip-
ſe pater teſtator præordinauerit illum fieri capacē,
76 & debere legitimari infra annum, † & ſic aſſignaue
rit certum terminum ad facie unum ſe legitimari,
prout de iure poteſt teſtator,ut uoluit Bald. in cōſ.
133.in 3.lib.per textū in l.ſi ita hæres inſtituatur ff.
de hæred.inſtituend.cum ibi no.per doct.ſequitur,
ꝙ cenſet ꝓhibuiſse,ut poſt annū poſſet,ſu deberet
legitimari,& capax fieri ad effectū eius , qđ uoluit
77 teſtator ſm Bal.in d.conſ.133. Quia † permiſſum ad
tempus poſt illud tempus dr̄ eſſe prohibitum l. ſta
tu liber.§.ſtichum,& ibi Bart.ff.de leg. 2. l.3.in prin.
78 cum glo.in uerb.pacti ff. de ſerui Item † ſubſtitu-
tio limitata ceſſat poſt illud tempus l.Centurio,&
ibi Bar.in 3.q.ff.de vulg.& pupil. Bald. in l. precibus
in uerſic.unde etiam aduertatur C.de impub. l.pę-
to.§.mater ff.de leg. 2. optimus text. in l. ſi ita quis
& ibi doctores ff.de uulg.& pup.ubi ſubſtitutio pu-
pilla-

pillaris quæ fit ad fauorem filij impuberis iux. tex.
in §.1.cum ſe q.inſt.de pup.ſubſtit.ſi fiat uſque ad cer
tum tempus poſt illud cenſetur prohibita:Itē quia
79 †actus agentium non operantur ultra intentionem
corum l.ſi quis nec cām,l.non oīs.ff.ſi cert.pet. c.de-
inde 26.diſtin.c.homines 22.q.2.Sed Hannibal poſt
mortem patris per quam plures annos fuit legiti-
matus,ergo hmōi legitimatio non dr̄ prouenisse,
nec facta ex præordinatione patris. ¶ Secundo re-
ſpondeo,ꝙ Bal.& cæteri,de quibus ſupra,loquunt̄,
80 † qn̄ pater in uita eius hoc præordinaſſet diſpoſiti-
uè,mandando,uel aliter diſponēdo circa legitima-
tionem,& capacitatem filij,&ita in terminis loqui
tur Bar.in d.§.& quid ſi tm̄,quem allegant,& ſequū
tur doctores poſt Bal.in d.l.reſcrip.& in d.§. & quid
ſi tm̄,& in terminis habetur per D.meum Socyn. &
Alex.in cōſilijs allegatis:Sed in terminis nr̄is Octa-
uianus teſtator diſpoſitiuè hoc non præordinauit,
ſed conditionaliter loquendo, vt ibi in dicto teſtō,
cum,& qn̄,etſi fuerit capax tàm tempore mortis,
q̃ poſt mortem ipſius infra annum,iunctis iis, quæ
habentur per Bartol.& alios in l.1.ff.de cond.& de-
monſtra.& ibi,& dicto Hannibale legitimato &c.
quæ uerba faciunt conditionem l.a teſtatore,&per
Bar.in d.l.1.ff.de cond.& demon.ergo non ſumus in
caſu Bal.Bar.& aliorum doctorum,quoniam uerba
conditionalia non inducunt diſpoſitionem, ſeu
præordinationem aliquam l.ſi quis ſub conditione
ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſta.not.per gl.& doctores in l.
Lucius ff.de hæred.inſtit.in l.centurio ff. de uulg.&
pup.& in l.cum auus ff.de cond.& demonſt. ¶ Ter-
tio reſpondeo,ꝙ Bal.Bart.Soc.& alij loquuntur, qn̄
pater hoc præordinaſſet quoad effectum ſibi ſucce
dendi,vtque efficeretur capax ſuæ ſucceſſionis,qm̄
ex quo ipſe pater potuiſſet uenientibus ab inteſta-
to præiudicare teſtando,&diſponendo in ſuo teſta
mento,& in uita eius legitimando filium, ita ēt di-
ſponendo,& præordinando,vt eius filius poſt mor
tem ſuam capax efficeretur ſuæ ſucceſſionis per le
gitimationem,& ita præordinatum fuit ad hunc ef
fectum per Octauianum teſtatorem:ergo quoad ef
fectum ſuccedendi in bonis,& hęreditate aliorum
extraneorum, & conſanguineorum præordinatio
patris non poteſt dici eſſe iuſta cā legitimandi ad
præiudicium illorum uenientium ab inteſtato, qui
illius conſanguineis ab inteſtato ſucceſſiſſent,& hę
reditatem eorum adiuiſſent, & poſſeſſionem bono
rum apprehēdiſſent:& rō diuerſitatis iudicio meo
eſt in promptu,qm̄ pater præordinando filiū poſſe,
& debere legitimari quoad effectum ſuę ſucceſſio-
nis,&bonorum,hoc potuit facere ad præiudicium
uenientium ab inteſtato, quibus quoad bona ſua
potuit præiudicare,vt dicūt præfati doctores, quia
in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter l.in re
mandata C.mandat.ſed quoad effectum, vt filius
ſuus naturalis poſſit ſuccedere alijs perſonis,&con
ſanguineis ad pręiudicium eorum, qui ab inteſta-
to ſucceſſiſſent,& poſt ius acquiſitum,& apprehen
ſam poſſeſſionem,pater hoc nō debuit, nec potuit
facere,nec præordinare ad præiudicium iuris iam
quæſiti in bonis, & hæreditate alterius, ſuper quib.
pater non ualuit quidquam ordinare: & hic eſt ca-
ſus noſter, in quo ceſſat rō doctorū,vt de ſe patet.
81 ¶ Præterea † quamuis quando filius poſt mortem
patris ex præordinatione, & diſpoſitione paterna
petit ſe legitimari, uenientes ab inteſtato non ſint
citandi,ſicut ſi pater in uita ſua legitimaſſet, vt uo-
luit Bart.quem alii ſequuntur in d. §. & quid ſi tan-
tum in ult.col.tamen ſi in legitimatione non fuerit
facta mentio de uenientibus ab inteſtato, illis non
cenſetur per legitimationem illatū præiudicium,
quia ſi de illis habita fuiſſet mentio,difficilius for-
tè legitimans conceſſiſſet, & conſequenter legiti-
matio diceretur ſubreptitia per notata per Ioan.
Andr.in addit.ad Spec.in tit.de ſucceſſ. ab inteſt. §.
1.uerſi.item ſcias,& per D.Ant. in c. per uenerabilē
qui filij ſint legi.Soc.in terminis in d.§. & quid ſi tm̄
in antepen.col.in 3. concluſione; ex quibus infer-
tur,ꝙ ſtant ſimul, ꝙ legitimatio ualeat non citatis
etiam uenientibus ab inteſtato, & ſic legitimatio
ualeat in ſe, & tn̄ ipſis uenientibus ab inteſtato in
ſucceſſione non præiudicet quoad ius perfectè ac-
quiſitum,ex quo de ipſis facta non fuit mentio, &
hoc expreſſe colligitur ex not.per Angel.in d. §. &
quid ſi tm̄ in ult.col.Non ualuit ēt hęc legitimatio,
82 † quia facta fuit lite pendente,de qua in ea non fuit
facta mentio,& ideo cum ea inferret præiudicium
liti,non ualet ad illius præiudicium Bal.in c.1.extra
vt lite penden.& in l.j.C.eod.tit.& in prohęmio di-
geſtorum,& hr̄ latè per D.Ant.in c.fi. vt lit.pend.&
per Alber. in l. prohibere §. illud ff. ꝙ ui aut clam.
Et hæc ſufficiant ad declarationem huius difficil-
limę materię.

*SVMMARIVM.*

1 *Legitimatus ex reſcripto principis non pōt,niſi pp ingratitudinem aduerſus principē cōmiſſam, ad priſtinū ſtatū reuocari.*
2 *Legitimatio,& libertatis datio æquiparantur.*
3 *Priuilegium ſui natura perpetuum, & irreuocabile non poteſt,niſi ex cauſa iuſta ſuperuenienti reuocari.*
4 *Legitimationis priuilegium eſt ſui natura perpetuum, & ad vitam legitimati durat.*
5 *Priuilegium principis,per quod eſt alicui acquiſitum ius aliquod,quod ſit de iure naturæ,vel gentium,non poteſt abſque iuſta cauſa reuocari.*
6 *Ex legitimationis priuilegio acquiritur legitimatio ius, quod eſt de iure gentium,& naturali.*
7 *Emens rem aliquam nomine alterius an,& quando illi, cuius nomine emit,donare voluiſſe præſumatur.*
*Et quid ſi emat de propria pecunia num.10.*
8 *Donandi animus ex meritis plurimis præcedentibus arguitur.*
9 *Emat ſi quis rem nomine alterius,cui dominium, & poſſeſſio illius rei ſic emptæ acquiri dicatur.*
11 *Prælatus an,& quando de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis, vt de fructibus,& alijs teſtari poſſit.*
12 *Priuilegium Cardinali conceſſum non poteſt abſque iuſta cauſa reuocari.*

## EPITOME.

*Legitimatum non poſſe ad priſtinum ſtatum ſuum, vt deſinat eſſe legitimatus, abſque iuſta cauſa reuocari.*

*Et mentem rem nomine alterius etiam de propria pecunia,ob neceſſitudinem,amorem, coniunctionem,merita præcedentia, & alia hic poſita, præſumi uoluiſſe donare illi; cuius nomine emit, hic habetur.*

## CONSILIVM CLXXVIII.

1 Legitimatus † ex reſcripto principis, & pri-
mæuæ naturæ reſtitutus non poteſt ad ſta-
tum priſtinum reuocari, niſi pp ingrati-
tudinem legitimata diuerſus principem commiſ-
ſam,& ſic niſi ob iuſtam cauſam de nouo ſuperue-
nientem,ad inſtar libertatis,quę reuocari non pōt,